19 tu locali. ¶ † Secūdo ꝓbatur hec
opinio auctoritate sacri Euāgelij
Math. iiij. c. vbi Diabolus in as-
sumpta humana forma tētando
Jesum in deserto adduxit illū in
sanctā ciuitatē ꝛ statuit ipm̄ su-
pra pinnaculū tēpli quod est loc⁹
quidā excelsus ꝛ eleuatus: super
quo doctores antique legis ꝑdi-
cabāt ꝛ doctrinā legis ꝑdicte pu
blice populosqꝫ docebāt vt dicit

S.Tho.in glo.sup.d.c.iiij.in v̄si. diabolꝰ aūt ꝛc.vbi dicit nota qđ oīa opera illius tētationis corpo reis sensibus completa fuerūt qꝛ diabolus tunc apparuit Christo in forma humana:ꝛ licet due sint opi.Theologorū sup illo puncto qualiter xp̄s statutus fuerit sup illo pinaculo an p delationē de- monis vel quod ipsemet pedibus ꝓprijs ascēderit mediātibus dia bolicis persuasionibus:verior tn̄ opinio est illa quod fuerit porta- tus a demone.s.eleuatꝰ de terra ꝛ vnico ictu siue momento fuerit positus in loco predicto:ꝛ hec in telligentia magis cōuenit litere euāgelij dū dicit statuit qđ idē est sicut posuit siue cōstituit.si em̄ pe dibꝰ ꝓprijs xp̄s ascēdisset ad de- monis ꝑsuasiones:tex.dixisset ad duxit sicut dixerat supra qñ illuz adduxit in sanctā ciuitatem.vide S.Tho.in.d.glo.ꝛ Alber.ma.su- per.d.c.iiij.et.S.Bonauen.in.ij. sen.lib.ij.dist.vij.per totuz. quod manifestius demonstratur quod xp̄s delatus fuit a demone ex eo q; oēs theologi firmiter ibi ꝯclu- dunt quod xp̄s dum statueretur super dicto pinnaculo reddidit se inuisibilem circūstantibus qui ibi aderant ne insurgerēt clamo- res i populo putātes miraculose xp̄m ascendisse locū:qui si ꝓprijs pedibꝰ naturaliter ascendisset nō erat opus quod se inuisibilē red- deret ex quo nil mirandum fecis- set.fatendū est igitur quod diabo lus ipsum assumpsit de terra ꝛ ra ptim vnico ictu statuit illū sup di cto pinnaculo.Cuz itaq; demon portauerit xp̄m in vero corpore qui erat deus ꝛ homo:ꝛ verū cor- pus humanū habebat:ipsumq; mouit de loco ad locum etiaz sur sum qđ difficilius est motu locali deo ꝑmittēte nulla ratio diuersi- tatis redditur quare non possit etiam deo permittente portare hoies istos ipsosq; mouere motu locali ad nutū de loco ad locū eo maxime accedēte hois volūtate secundum ea que diximus supra
20 in.iij.euidētali.¶ †Tertio ꝓbat sic.si humanꝰ spūs q̄ est anima: que est inclusa in isto carcere ter- reno corporis hūani hz vires mo uendi corpꝰ ip̄m de loco ad locū: ascendendi:descendendi:curren- di:saltādi:sistendi:ꝛ aliud quoq; corpus supra suum portandi ad omnē eius libituz que est minus potens natura angelica:vt dicit S.Aug.in.iij.de trini.ꝛ.S.Tho. d.q.xvj.art.x.quāto magis De- mon:qui est substantia spūalis li bera ꝛ soluta nulloq; ꝑmit pōde- re carnis q̄s neget quod similes operatiōes naturales ꝛ lōge ma- iores in assumpta corporali for- ma diuina potētia nō reprimēte opari nō possit:certe nemo:ꝛ qđ ipse demon sit lōge maioris robo ris q̄ homo imo pluribꝰ homini bus simul habetur per.S.Aug. in lib.x.de ciui.dei relatum.xxvj. q.v.nec mirum.§.super hoc.non est igitur mirādum si demō cor- pus humanuz p ethera portare possit ꝛ quam velocissime dūmo- do diuina voluntas sibi nō repu- gnet.ad que faciunt ea q̄ diximꝰ s.in.iij.euidētiali ꝛ que dicemus
21 infra in seq.mēbro.¶ †Quarto dico quod vnusquisq; eoꝝ q̄ sua sunt est bonꝰ moderator:et arbi- ter.l.in re mandata.C.manda.et de rebꝰ ꝓprijs quisq; pōt ad libi- tū suū disponere imo ab ipso dn̄o

auferri nõ põt absq̃ ei⁹ libito vo
luntatis.l.id quod nostrũ est.ff.de
reg.iu.l.fi.ff.de pac.⁊ per Bar.in
l.iuris gẽtium.ff.eo.tit.Iste enim
strigimage magi ⁊ sortilegi per il
lam professionẽ effecti sunt demo
nis creature eo qđ spõte sua sub
illi⁹ imperio ⁊ ptãte se subiecerũt
vt latius supra dixim⁹ in.ij.⁊.iij.
q.ergo sequitur quod demon de
ipsis siue i anima siue in corpore
ad eius libitũ quicq̃d vult dispo
nere põt deo pmittẽte qui in hoc
demoni nullũ prestat impedimẽ-
tum:sed relaxat sibi arbitrium et
libertatẽ viriũ suarũ:in istos dico
professos nõ autem in alios scđm
quod dicit.S.Aug.in lib.x.de ci-
ui.dei.⁊ in.iij.de trini.et.S.Tho.
d.q.xvj.ar.ix.⁊.x.⁊ habetur in.d.
c.epi.ibi mẽtem quam diabolus
captiuatã tenet p q̃cq̃ deuia ad
eius libitum deducit ⁊c.Et quo
enim ipsi semel deum reliquerũt
abnegãtes fidẽ catholicam ⁊ to
tum xpiane religionis cultum nõ
est dicẽdũ qđ de⁹ amplius ipsos
ptegat vel de his curã aliquã ha
bere velit:sed illos dimittit peni
tus sub potestate et arbitrio Sa-
thane postq̃ illi spõte ⁊ sub cui⁹
imperio se subiecerũt:⁊ eum prin
cipem habere voluerũt:cum sint
igit extra cõionẽ fideliũ nõ sunt
amplius oues xpi que fuerũt tra
dite in custodiam Petro:sed sunt
oues externe.s.diaboli:vt habet
in.c.firmissime.et.i.c.excõicam⁹.
in prin.extra de hereti.⁊.d.c.nec
mirũ.xxvj.q.v.⁊ eadẽ causa.q.ij.
qui sine saluatore nimirũ:ergo si
demones illos deserũt etiã i cor-
pore pmo:quia respectu substan
tie spiritualis adest potẽtia natu
ralis secundo:q: respectu diuine
maiestatis nullũ prestatur impe-
dimentũ:vt cõcludũt theologi in
22 locis supra notatis.¶†Quinto
pbat hec conclusio a maiori p ea
que habẽtur Exod.vij.c.vbi dicit
quod Magi Pharaonis arte de-
monũ conuerterũt virgas in dra
cones et fuerũt veri dracones nõ
aũt supstitiosi nec illusorij:vt di
cit.S.Aug.super glo.ibi dicẽs q
demones hoc facere potuerũt eo
rũ virtute naturali per aliquas
potentias naturales:seu per que
dam semina collecta que habent
vim putrefaciẽdi ligneas virgas
et cõuertendi in lubricã draconis
speciẽ sm quod dicit.S.Augu.in
iij.de trin.quem refert ⁊ sequitur
S.Tho.in dicto trac.qq.q.v.ver.
ad octauũ in tit.de mirac.vbi di
cit qđ licet ista apud nos videan-
tur esse miracula:quia humana
virtus ista nõ capit nec se extẽdit
ad illa:tamen quo ad secreta na-
ture ⁊ demonis intelligẽtiam nõ
sunt miracula immo opa ipsius
nature demonis industria fabri-
23 cata.†Itẽ no. aliud mirabile de-
monis arte factũ legit in sacris li
teris quod Simon magus arte
demonũ canes loq̃ faciebat nec
dũ est annus elapsus quod casus
iste euenit in facto Rome vbi mu
lier quedã magica vetula q̃ Frã-
cisca seneñ.dicebat artis diabo-
lice plurimum perita canẽ quen-
dã magne stature nigrum totum
secum ducebat quem post nõnul-
las preces reuerenter emissas lo-
qui admodũ faciebat ⁊ voce qua
dã velut humana verba articula
ta proferebat que audita fuerũt
a pluribus:⁊ maxime a quodam
sacerdote psbytero qui rẽ ipsam
ppalauit domino alme vrbis Se

natori qui de mandato. S. D. pp. adiuncto sibi Reueré. D. Locum tenente Uicarij sui vna cũ quibusdã alijs viris maxime doctrine et experientie mulieré ipsam solenniter examinarunt: et comperto facinore flammis publice consumpserunt ipsam: que canis loquela duplici mõ fieri potuit secundum Thom. d. q. v. de mirac. aut quod demon assumpserit corpus in forma canis oibus partibus suis bene proportionatum: z locut⁹ fuerit: aut quod eẽt canis verus z naturalis: z demon p impulsum aeris motu locali sonum quendam formauerit similitudinem literate z articulate vocis

24 habẽtez. † z hoc modo etiã dicit quod Asina Balaam allocuta fuit ad ipsum duabus vicibus vt habet Nume. xxij. c. vbi Asina ipsa q̃ portabat Balaã ibat ad regem Balac qui miserat pro eo vidẽs asina Angelã resistenté in p via z se opponẽté Balaã Asina declinauit a recto tramite et iuit p agros: Balaã pcutiebat illã volens q̃ iret p viã illa recusabat: z adeo vehementer pcussit illaz q̃ cecidit: z tunc dñs aperuit os Asine z locuta est ad Balaam dicendo: quid feci tibi: cur pcutis me? At Balaam dixit q: cõmeruisti z illusisti mihi vtinam hẽrem gladiuz vt te percuterem: cui Asina iterũ respõdit. Nõne animal tuũ sum? cui semper sedere consueuisti vsq; in p̃sentem diẽ: dic q̃d simile vnq̃ fecerim tibi? At ille ait nũq̃ que verba adeo bene z articulate ab ipsa asina prolata fuerũt q̃d ab homine dicta videret: sed hoc factum fuit ab angelo ex diuina volũtate: vt ibi dicit. z dicit. S. Thom. in. d. q. v. ad tertiuz quod Angelus mouit linguam asine predicte z per crebraz aeris repercussionem protulit articulata verba de quib⁹ ibi naturaliuz verborũ similitudinez habentia. ter. aũt ibi dicit q̃d dominus aperuit os asine non Angelus vide Thom. i. d. q. v. z. vj. i tit. de mira.

25 ¶ † Ultimo nõ obmittã illud q̃d dixit Ualer. Max. quod olim Rome fortune simulachrũ quoddaz marmoreum q̃d positum erat in via latina dicitur locutum fuisse infrascripta ṽba ad Matronas illas Romanas vez rite me matrone vidistis riteq; dedicastis. nec putes ista fuisse Poetarum figmẽta: q: si talia essent pfecto sacri Theologi in suis diuinis literis nõ insererẽt approbãdo put fit p. S. Tho. in. d. q. v. in. iiij. not. z est glo. not. in. c. moyses. in ver. habitare. xxxij. q. ij. q̃ dicit q̃d Angeli taz boni q̃ mali habitant in siccis corporib⁹. s. in statuis lapideis eneis z marmoreis z i cadaueribus defunctorũ in quibus in quibus ipsi demones dant respõsuz. z refert exẽplũ Saulis q̃ adorauit Diabolũ: et al's dixi supra q̃d demõ sub idolorũ forma peractis sacrificijs z precibus sortilegorũ siue magorũ ipsis interrogãtibus z scire querẽtibus q̃ occulta sunt respondet ad propositũz voce quadam sonãti articulata verba: ac si ex ore hois pcederẽt: nihilominus neq; vox: neq; ṽba naturalia sũt sicut hũana: sed ex crebra aeris repcussione p demonem concitata verba illa plata fuerunt: vt supra dictum est. Si igitur hec fieri possunt arte z virtute demonis q̃ lõge maiora sũt:

⁊ intellectui humano min⁹ capacia ⁊ difficiliora quod canis aut aliud animal brutum seu statua marmorea verba articulata protulerint quāto magis credēdū est ꝙ demon possit hominem corporaliter deferre motu locali aut brutum quod minus est quaꝫ animal de nouo creare vel vnam speciē i alterā trāsformare ꝓut diximus supra de virga cōuersa i draconeꝫ. ¶ Demum vt res ipsa cunctis clarius innotescat subdam exemplo. Annis citra .xx. in agro Sabinen. vicino vrbi Rome in q̄dam oppido erat quidam Rusticus habens vxorē que erat de expressa demonis ꝓfessione: et pluries ab eo iterrogata si erat de dicta professiōe semꝑ audacissime negauerat: qui marit⁹ ex quibusdaꝫ signis que viderat maior suspitio animum eius apprehēdit. vnde decreuit velle videre si verū erat qđ de nocte ipsa exiret extra domum: ⁊ quorsum tēderet: ⁊ pluribus noctibus summopere inuigilauit: vt videret q̄d ipsa faceret que semper volebat post maritū ire dormitum: ⁊ diu postq̄ ipse intrauerat in lecto multoties vigilabat: demuꝫ nocte quadam hora quinta vel circa: qua ipsa citata ire tenebatur ad ludum ipse maritus iacebat quasi dormiēs ⁊ ipsa venit ad illum ad ꝑscrutādū si dormiebat qđ videns maritus statim cōnixit altius dormire et grauiori somno teneri: ipsa viso dormiēte retrocessit statim: et pedetentim ibat lento gradu: tunc marit⁹ magis argute inuigilat: atq̄ obseruat cū diligētia cuncta q̄ vxor ipsa faciebat: demuꝫ vidit ꝙ accessit ad quēdā anguluꝫ dom⁹: ⁊ eleuata q̄dā cista assumpsit pixidē seu ollulā quandā q̄ haberat: deinde exutis vestibus cepit inungi cū certo vnguento in dicta ollula existēte apud ignē calefacto: postea pixidē seu ollulā predictam ad pristinuꝫ eius locū reposuit: deinde vidit illam velociter exeūteꝫ de domo: ac si pedib⁹ non tangeret terram. post cuius discessum maritus assurgens accessit ad ostiū qđ clausuꝫ optime vidit et cū pessulo siue stanga interius: de quo magis obstupuit: deinde accessit ad angulū ex quo illa vnguentum assumpserat: ⁊ reperta ollula illam accepit: ⁊ alibi abscōdit ⁊ reuersus fuit in lecto: ꝑfecitq̄ somnum vsq̄ ad mane. die vero sequēti reuersa vxore maritus illam interrogauit quonā ꝓficisceretur nocte illa quando ex domo recessit media nocte sola: q̄ a principio fortiter negabat salua fronte: tunc maritus sumpto ligno cepit illam acriter verberare: vt haberet veritatē: ipsa adhuc indurato corde sistebat demum marit⁹ sumpto pixide siue ollula: ecce dixit mulier maledicta: vide si credis qđ nouerim scelera tua. ⁊ grauiter sibi cōminabatur aut ꝙ mortē subiret aut illū doceret q̄uo facit illas vnctiones ⁊ discessus: q: volebat oīno accedere ad ꝯgregationes illas q̄s intēdebat oio videre ⁊ q̄ fierēt in eis: tūc mulier ipsa cōfusa dum vidit pixideꝫ vnctionis fassa est ingenue erroreꝫ suū implorando suppliciter veniā ab ipso viro qui libenti animo sub fide ꝓmisit ei indulgeri dūmodo ipsum adduceret secū vna nocte ad cōgregatiōes ꝑdictas: ipsa tūc aperiēs os suū cepit

ꝟba loq̄ ⁊ cūcta dicte ꝓfessiōis ca-
pitulo recensuit:⁊ ostendit volu-
ptates illecebras:⁊ gaudia immē
sa q̄ inde assumebāt ⁊ de amenita
te ⁊ delectatione ludorū magnifi
centia coreaꝝ opulentia cōuiuio-
rum Principis illius liberalitate
⁊ de vinum i effectus dulcedine cū
cta narrauit:ex quo indulgentiā
admissorū a marito ipso impetra
uerat qui marit⁹ curiosus ista vi
dere ⁊ interesse precepit vxori vt
q̄primum ad dictam cōgregatio
nem accessura erat ipsum euoca-
ret:que mulier promisit illum ad
ducere ⁊ impetrata prius licētia
a dño Sathana de adducēdo ma
ritum ad ipsam congregationē:
adueniēte hora adhibitis vnctio
nibus vnusquisq̄ ipsorum super
suo hirco equitando q̄ velocissi-
me peruenerunt ad locū ipsi⁹ cō-
gregationis ⁊ anteq̄ discederent
de domo vir ipse diligēter premo
nitus fuit ab vxore:vt summo pe-
re precaueret ne in itinere eundo
vel redeūdo:aut in loco cōgrega-
tiōis signo crucis se muniret:aut
illius nomē nec dei vł Jesu Chri-
sti quouis modo cōmemoraret:
maxime in laudādo vel adorādo
qui sic facere ꝓmisit in quo loco
sistētes vxor dimisit maritum in
certa parte monēdo ipm:vt illaꝫ
expectaret donec reuerteretur a
prestando obedientiā earū prin-
cipi Sathane queadmodū vnus-
quisq̄ aliorū tenebatur q̄ marit⁹
videns tam innumerā virorū ac
mulierū multitudinem illic ad-
esse vehementer obstupuit: finita
obedientia fiūt tripudia ⁊ corree
q̄ celeberrime cū maxia cymbalo
rū tympanorum aliorūq̄ instru-
mentorū dulcedine ⁊ trepudiaū-
tiū numerositate ordine quodam
retrogrado cōtra morem naturā
et ordinem corearum quib⁹ nos
vtimur: quibus peractis prepa-
rantur mense quam amplissime:
cum maxima epularum ⁊ conui-
uantiū copia ⁊ optimis ferculis
vxor illa ex indulgētia Principis
introducit maritū ad mēsam: co-
medere incipiūt: maritus degu-
stās epules insipidas petijt salē
qui nullus aderat in oib⁹ mēsis:
nec dum veniens quisq̄ cum sale
iterum petijt atq̄ rogauit proce
dente mora:iterum atq̄ iterum:
terq̄ quaterq̄ salem ipm suppli-
cando petijt: ⁊ toties replicauit
qđ demū quidam salē ipsum at-
tulit:vnde maritus videns saleꝫ
summopere gauisus est:⁊ p̄ gau-
dio magno dixit hec ꝟba. hor lau
dato sia dio:pure vēne questo sa-
le. quo verbo prolato postq̄ audi-
tum fuit nomē dei laudatū vni-
co momēto cuncta periere:⁊ oēs
vndiq̄ statim discesserunt mense
epuleq̄ omnes cōsumpte sunt lu-
minaria cuncta que multa erāt
ilico extincta sunt adeo:q̄ mari-
tus ipse reperitur solus ⁊ nudus:
in loco ipso in medio tenebrarū
stetitq̄ sub illa frigidissima nuce
beneuentana per totā noctē vsq̄
ad mane cum maximo frigore et
periculo:die vero sequenti vidēs
pastores qui pascebāt greges cir
ca loca vicina ab ipsis petijt:vbi
nā esset ipse que regio illa diceba
tur:cui respōsum fuit qđ erat be-
neuētana:que distabat a patria
ipsi⁹ viri centū miliarib⁹ vel cir-
ca:ipse ꝟo erat nudus sicut alij q̄
vadunt ad coreas demonū:mul-
tum male se habuit in partibus
illis adeo qđ substulit periculuꝫ

mortis:et q: valde ignotus erat
in ea regione ꝛ sine pecunijs coa
ct⁹ fuit mēdicare hostiatim amo=
re dei adeo quod inuenit tunicel=
lam quandā satis cōtritā:vt pos=
set se tueri a frigore quod tunc vi
gebat:ꝛ sic paulatim querēdo vi=
ctum in itinere amore dei tantū
ambulauit qđ puenit ad patriā
spacio octo dierū vel circa:ꝛ erat
adeo deformatus et macilentus
quod a paucis recognoscebatur:
et accedēs ad curiam Principis
illius castri detulit querelam cō=
tra ei⁹ vxorē ꝛ quasdā alias mu=
lieres eiusdē professionis eius so=
cias que omnes fuerunt incarce
rate ꝛ dum a principio negarent:
instante viro predicto et testimo=
nium verum de visu ferente tan=
dem omnes fasse sunt:ꝛ ardētissi=
mis flammis cōbuste. ¶ Nec dū
decem lapsi sunt vel circiter anni
quod mulier quedam iuuencula
infra.xvj.annum etatis existens
adhuc virgo eiusdē Sabineñ. dio
cesis ex altero tamē oppido oriū=
da a quadā alia malefica striga
seducta vt religionē diabolicam
pfiteretur ad ludū adducta fuit
et pmonita ne signo crucis se mu
niret aut deū Jesumve christum
collaudādo memineret postq̄ ad
locū cōgregationis accesserūt iu=
nior ipsa vidēs tam maximā mu
lierum virorūqꝫ multitudinem ꝛ
Principem ipsum Sathanam in
solio maiestatis tam superbe se=
dentem ꝛ tot auratis ornamētis
ꝛ purpureis vestibus decoratum
vehemēter obstupuit:ꝛ que sim=
plex erat virgo incauta pme mo=
nitionis oblita ob rerum magni=
ficētiā ꝛ maximū stuporē quo ap=
prehensa erat se signo crucis mu
niuit dicēdo. Jesu benedet to che
cosa e questa? nec dum verba pre=
dicta perfecerat quod statim cun
cta euanuere:et omnibus lumi=
naribus penitus extinctis sola
hec misera inter maximas tene=
bras valde mesta reperitur ꝛ quā
maximus pauor vehemēter illā
apprehendit ex quo pene mortua
est:sed recordata de nomine Jesu
ꝛ beate virginis marie deuotissi=
mis precib⁹ se illis commēdauit
vouitqꝫ castitatem perpetuam si
incolumis inde euaderet ꝛ diuino
auxilio suffragata tante solitudi=
nis periculum mox euasit. q: qui
dam senex rusticus vna cū filio
ꝛ asello transibat prope locū pre=
dictum vbi erat ista puella que
plurimum lamētabatur de sorte
sua:qui senex audito gemitu ac=
cessit ad illā dicens:filia mea qđ
facis istic sola isto tpe nocturno:
quam cum nudā videret magis
obstupuit que simplex virgo ma=
xima erubescentia ducta que ni=
hil habebat:vnde pudibūda per
tegeret post multas lachrymas:
gemitus:ꝛ suspiria:huic viro q̄
plurimū se commendauit vt illā
secū adduceret ad domum suam
qui senex accepit pallium suum ꝛ
posuit super humeris puelle et il
lā secum ad domum suā que nō
multum distabat adduxit:ꝛ in iti
nere totam seriem facti sibi nar=
rauit:qui senex stupore ꝛ pietate
plurimū afficiebat:audiuitqꝫ ex
qua patria qbusue parentibus
orta eēt ꝛ decreuit senex omnino
hec eius parētibus enunciare: et
puellā ipsam eisdē restituere in=
gressi sunt domū vxor senis que
erat multun pia perq̄ blande vir
ginem recepit:ꝛ apud se in lectū
retinuit:

retinuit: ꝛ deinde ꝑ duos vel tres dies maxima charitate ꝛ materna pietate tractauit eãdẽ vestib⁹ suis induit: ꝛ post triduũ marit⁹ accepit asellũ ꝛ comite filio puellã ipsaz eqtãtẽ ad patriã suã illesam reduxit ꝓpꝛiisq₃ parentibus eãdẽ restituit q̃ dudũ fleuerãt ꝑditionẽ filie putãtes ne aliqs miles aut ali⁹ nequã vir nocturno tpe rapuisset eãdem: q̃ senex maxima veneratione ꝛ amoris dulcedine a parẽtib⁹ puelle amplexus est receptisq₃ munerib⁹ pro se ꝛ filio dimissa puella ad domũ suã reuersus fuit: q̃ q̃dẽ puella postq̃ dono dei ꝛ gratia beate marie virginis tã graue periculũ euaserat decreuit oino votũ iã factũ adimplere ꝛ ingressa fuit monasteriũ sancti Frãcisci assumptoq₃ hitu solẽniter ꝓfessa fuit: ꝛ castissime vixit cuius parẽtes liberũ ꝓstitere cõsensuʒ: illã vero maledictã strigã q̃ filiã suaʒ adduxerat ad illũ locũ denũciauerũt curie ꝛ re cõperta publice fuit igne ꝯbusta. ¶ Hec eñ q̃ audiui retuli: mõ referaʒ q̃ ipse vidi ꝛ i facto habui q̃ plura sunt lꝫ duo tãtũ q̃ recẽtiora sũt referã. Anno dñi.1524.mense Septẽbris dũ essẽʒ in quodã Castro Monasterii.S.Pauli de vrbe apud regionẽ Sabineñ.vt mea q̃dã illic expedirẽ: ꝛ mox ad vrbẽ reuerterer summis fui p̃cib⁹ rogatus a Reuerẽ.P.dño Abbate illi⁹ monasterii q̃ est dñs i tpalib⁹ dictoꝝ Castroꝝ.vt accederem ad aliud Castrũ eiusdẽ monasterii ibi vicinũ qd Nazanuʒ appellãt ad examinãdũ tres mulieres maleficas siue strigas: vt dicebãt q̃ i arce ipsius Castri aliquãdiu icluse remãserãt ꝛ q̃ ex eaꝝ dictis acciperẽ ã bi referrẽ atq₃ ꝯsulerẽ q̃d mihi in re illa agẽdũ esse videret. Ego eñ q̃ meis ꝓpedit⁹ erã lꝫ nõ potuerĩ absq₃ magno meo icõmodo illuc accedere ꝛ huic rei vacare nihilo min⁹ vt morẽ gererẽ tãto viro quẽ alias in meis valde gratũ ꝛ benignũ reperi nõ potui euitare quin ei⁹ p̃ces mihi mandata seruarẽ. Accessiq₃ ad illas quaꝝ vnã q̃ mihi facilioꝛ videbat examinare cepi: ꝛ plurib⁹ exhortatiõib⁹: vt veritatẽ apiret ꝑsuaderi q̃ demũ post aliqualẽ hesitationẽ cepit vera loq̃: ꝛ rẽ ipsaz totã fateri q̃liter ipsa erat de secta illa strigimagarũ ex ꝓsse ꝓfessa i qua ꝓfessione institerat ꝑ annos quatuordecim cõtinuos q̃b⁹ continuũ cõmerciũ habuerat cũ demone ꝛ noiauit alterã mulierẽ maleficã q̃ fuerat eius magistra ꝛ ipsam professionẽ adduxerat: ꝛ quod isto tpe plurima malefica siue veneficia fecerat: ꝛ cõtra hominũ personas ꝛ ꝯ iumẽta ex q̃bus hoies tres perierant: iumenta aũt quatuoꝛ: ꝛ qd agrorum pluriũ segetes immaturas ventis: grandinibus ꝛ tempestatibus strauerat ꝛ penitus deuastauerat: ꝛ multa alia his similia obscena machinata fuerat arte illa malefica ad vlciscẽdum iniurias suas. ¶ Quaʒ ego subtilius interrogãs vt clarius haberẽ q̃ sunt istius diabolice religiõis seu ꝓfessionis secreta. Pꝛimo eñ perscrutat⁹ fui q̃d est illa ꝓfessio quã mulieres ipie faciũt cũ demone: ꝛ q̃bus modo ꝛ ordine ad illã accedũt: ꝛ q̃bus cerimoniis ꝛ solẽnitatib⁹ vtunt in ea: Ad q̃d se obligãt demoni. Sub qua forma verboꝝ fit obligatio ipsãtem postea que sunt ab eis seruãda ꝛ ad q̃

tenētur. Similiter q̄ p̄mia habēt ⁊ que habere sperāt ab eo⁊ Prin cipe demone: ⁊ ex quibus rebus simplicibus vel mixtis compo- nunt vnguenta quibus liniūt cor pora sua dū vadūt ad ludos ⁊ cū quibus etiā rebus faciūt alia ve- nefica maleficia. Item quem ordi nem tenent qn̄ accessure sunt ad ludos p̄dictos: ⁊ si est verū q̄d va dunt corporaliter vel illa sit illu- sio siue visio q̄dam in apparentia in mente ⁊ itellectu. ⁊ casu quo ac cedant corporaliter an ambulent pedibus proprijs vel aliter defe- rant ⁊ q̄uo ⁊ p quē. Itē q̄uo ⁊ qua liter celebrāt sacrificia q̄ offerūt preces ⁊ munera demoni. Item q̄ sunt illis precipua in obseruātia in dicta professione ⁊ alia q̄dam que nunc non recordor: que qui- dē mulier sub spe venie cuncta a principio vsq̄ ad finez recensiuit que professio ipsa requirit expri- mēdo oia ⁊ singula illi⁹ capitula.

26 ¶ Primū em̄ dixit quod qn̄ ad- ducta fuit p illā eius magistram añ tribunal Principis earū q̄ est diabolus in forma Regis p̄sidēs i solio maiestatis instructa p̄us a magistra quid factura erat ve- nit ⁊ oportuit p̄mo abnegare ba ptismum ⁊ oia christiane fidei do cumenta relinquere: deinde eccle siastica sacramēta cūcta p̄ijcere pedibusq̄ p̄prijs ꝯculcare crucez ⁊ imagines bt̄e marie virginis ⁊ aliorū sanctorū: q̄uis hec vltima non fiunt coraz eo: sed alibi post- ea satis est q̄ ista promittant se fa cturas q̄ primum cedet occasio: deinde fecit obligatonē p solēnē stipulationē in manibus ipsius Principis: qua vouit ⁊ promisit q̄d p̄petuo erit illi fidelis ⁊ obe- diēs ⁊ omnibus eius mandatis parebit. Deinde medio iureiurā- do tactis scripturis super quodā magno libro obscuras paginas ꝯtinēte p̄stitit homagiū siue p̄pe- tuum vassalagium: ⁊ quod nunq̄ redibit ad fidez xp̄i: nec diuina p̄ cepta seruabit: sed soluz ea que p̄ ipsum principē erant decernēda: ⁊ q̄d perpetuis futuris tp̄ib⁹ erit obediens illi ⁊ veniet cōtinue cū vocata fuerit ad ludos ⁊ congre- gationes nocturnas: ⁊ que i eis p̄ alias mulieres fiūt ipsa faciet: et quod etiam aderit sacrificijs illo tum nocturnis: ⁊ solitas preces ⁊ cultū adorationis prestabit: ⁊ vo- ta q̄cūq̄ que ipsa p̄stare cōtigerit pro viribus adimplebit: ⁊ quos- cunq̄ poterit alios ad eande pro fessionē adducet. ¶ Ecōuerso aūt ipse Princeps egregia fronte pro misit eidez mulieri sic p̄nti presta- re perpetuam felicitatez: gaudia immensa ⁊ voluptates quascun- q̄ in hoc mundo habere deside- rauerit: ⁊ demū post hāc vitā lon- ge maiora munera consequetur. Quo facto statim vnū demonē cō stituit ad custodiā ip̄si⁹ mulieris quā nunq̄ relinquere debeat: sed illi inseruire in oib⁹ que ipsa cu- piet: ⁊ quotiescūq̄ cōtigerit ad lu dos accedere hoc ipse intimabit mulieri: ⁊ illam deferet ⁊ instruet vt supra: q̄ quidē demon associa- tur ei tanq̄ maritus vxori: insup̄ dixit q̄d sepius accedunt ad con- gregatiōes illas vbi maxima mu lierum numerositas cōgregat: et nō vident illa in mēte ⁊ itellectu in apparentia: sed in vera ⁊ natu- rali forma accedunt ad loca p̄di cta hoc mō ⁊ ordine: vez q̄ primo per vnū: vel duos dies anteq̄ fiat

congregatio intimatur sibi per de-
monem illum qui est ad ipsarum cu-
stodiam constitutus qualiter no-
cte tali et tali hora se preparet ad
veniendum ad ludum: que mulier
si haberet iustam causam impedi-
menti deducit: et auditur dūmo-
do sit causa vera: et excusabilis q̄
legittime excusare posset alioqn si
fingeret habere causam que nulla
esset ut non accederet non defere
bat invitatio: sed remanebat in do-
mo sua nihilominus pro pena sui
mendacii adeo fortiter cruciaba-
tur a demone ut in mēte et in cor-
pore maximis et cōtinuis doloribus
et egritudine intrinseca vel extrinse
ca tā fortiter vexabatur quod die
nocteque nil penitus quietis habe
ret: sed semper tribularetur: et oīa que
ipsa ageret evanescerēt et perirēt
in fieri adeo quod necesse fuit ut
tot mala cessarent quod peccatū
suum fateretur et promitteret etiā
medio iureiurando quod amplius
nō recusabit accedere: et hoc mo-
mo evasit ab illis malis. Cum ve
ro promitteret accessuram statim
adveniente nocte et hora evoca-
batur voce quadā velut humana
ab ipso demone quem non vocāt
demonē sed magisterulū alie ma-
gistrū Martinettū sive Martinel
lū hoc nōie diminutivo q̄ sic evo-
cata mox sumebat pixidem vn-
ctionis et linibat corpus suum in
quibusdā partibus et mēbris: quo
linito exibat ex domo et invenie-
bat semper magisterulum suum
in forma hirci illum expectantem
apud ostium super quo mulier ipsa
dixit quod equitabat et applicare
solebat fortiter manus ad crines et
statim hircus ille ascendebat per
aerē et brevissimo tempore deferebat
mulierem ipsam usque ad nucem
beneventanam et ibi illam leniu
ter deponebat ubi innumera mu
lierum virorumque multitudo co-
ram Principe illo undique confiue
27 bat. †Primum autē quod faciēdū
erat per ipsas mulieres erat signū
obedientie et reverētie que fiebat
coram principe ordine quodam re
trogrado in oppositum directo il
li reverentie quā nos prestare so-
lemus: nos enī inclinamus caput et
humeros flectimus genu crure re-
tro curvato volventes vultum ad
principem sive ad alium quem
veneramur: ipsi vero faciunt con
tra quia terga volunt versus prin-
cipem et caput curvāt versus hu-
meros adeo ut mētum celum re-
spiciat crura vero nō curvant re-
tro ut nos facimus: sed elevāt sur
sum a terra a parte anteriori: et ita
servatur ibi: peracta igitur reve
rētia princeps mādat quod omnes
tripudiēt: saltētque cū letitia et gau
dio sumentes unaqueque volupta
tes suas et unusquisque demonū ac
cipit mulierem suam ad cuius cu-
stodiam deputatus est: et cum ea
gerit saltationes illas magna le-
titia atque dulcedine: et interim pre-
parantur mense cū lautissimis fer-
culis abūdātissime ornate et cele-
bratis choreis veniunt ad convi-
via: quibus completis et cibatis
omnibus extinguuntur luminaria
omnia: et quisque demon in forma
incubi. i. viri suam capit mulie-
rem: si qui vero sunt viri habent
demonem suum in forma succu-
bi. i. mulieris et sic adinvicem
adimplēt coitū carnis cū maxima
voluptate q̄ officio cōpleto rever
tuntur ad domū oēs equitātes super
illis hircis: sacrificia vero cū fiūt

fieri solent statim post peractum reuerentie signum fit adoratio qua expleta deueniunt ad tripudia et alia de quibus supra quãtis sacrificia ipsa celebrare solent etiam in alijs locis extra locum congregationis puta in domo priuata vel in quibusdam locis occultis vt late diximus. s. eo. q. iij. z. v. ¶ Sed aduerte ad duo quod ipsa dixit. vnuz est q2 demones festinent reportare illas ad domũ anteq̃ labat nox et anteq̃ pulsetur cãpana pro Aue maria de mane que pulsari solet in aurora vel parum ante. quoniam si forte pulsaret campana tpe quo deferunt ad domum necesse hz illaz magister i eodẽ loco vbi audit sonum predictũ deponere mulierẽ aut virum nec põt amplius ipsuz vel ipsam tangere: sed necesse est qd residuũ illud itineris pedibus proprijs ambulet quod perraro quidez euenire solet: q2 ita velociter ipsas reportant q̃ nõ impediunt a sono: secundum est quod retulit quod quotiescunq3 interfuerat ludis ita fessa reuertebat ad domuz propter illas choreas z crebras saltationes: q2 erat debilis cõplexionis vt apparebat quod per tres vel quatuor dies male se habebat i corpore pp magnos labores quos sustinuerat q̃ similiter cũ demone suo dũ esset i forma Icubi sepissime fuisse carnaliter cognitã maria cũ delectatione testata fuit: hec illa ibi. ¶ Aliud breuius exemplum superaddam alia quoq3 mulier eiusdem professionis que vna cuz precedenti erat incarcerata dum deferret a demone suo reuertendo a ludis p̃dictis in itinere anteq̃ peruenirẽt ad domuz dum esset vicine oppido patrie sue audiuit pulsare cãpanam de mane pro Aue maria. vnde demon necesse habuit illaz deponere z discedere quem depo suit statim z dimisit in quodam agro iuxta quandam ripam vbi erant spineta quedam z in dicto loco ipsa misera mulier necesse habuit expectare vsq3 ad mane: quo lux clara appareret: sed fortuna pfuit sibi: q2 illa die i aurora: z in diluculo q̃dã iuuenis illi9 oppidi ibat ad alium locuz ibi vicinum quem ipsa videns trãseuntem cognouit atq3 vocauit nomine proprio quod audiens iuuenis prima facie timuit aliquãtulũ: sz vidẽs postea mulierẽ ipsam que seminuda erat a femorib9 supra z crinib9 sparsis scapillata tota magis obstupuit: nec audebat ad ipsaz accedere: nihilominus illa adeo benigne z humiliter ipz rogauit vt accederet ad illam qd venit z iterrogauit eãdẽ postq̃ illaz recognouit cur illic ita sola moraret i ea forma? cui illa dixit quod tota nocte asellum suum quem perdiderat perquisierat z nunq̃ potuit illuz inuenire: cui iuuenis subridẽs minusq3 credens dixit. hoc em̃ aliud sibi querit quã asellũ inquisitio: qui querit asellũ vadit cũ socio: z nõ sola sic seminuda z scapillata: aliud est quod querebas dixit ipse: dicas mihi veritatem si vis quod adiuuẽ tibi: vnde venis vbi fuisti quid facis hic sola? qs te adduxit dicas mihi oĩa si vis habere suffragiũ z ero tibi secret9 z fid9? ¶ Tũc mulier ipsa Lucretia nuncupata que erat satis pinguis z pulchra lz satis timeret seuitiam viri z suorũ cõsan

guineorum tñ confisa est de iuuene illo rogando ipsum prius summis precibus ne cuiq reuelaret factũ illud sed taceret: qꝛ ipsa volebat pinguiora munera sibi elargiri: cui iuuenis sub fide pmisit quod absq dubio cũcta referret: ꝛ ille futurꝰ erit sibi secretissimꝰ: tũc ipsa fassa est quod reuertebatur ea nocte a ludis beneuentanis: ꝛ dũ esset i itinere deferretur q per aerẽ a magisterulo suo audito sono cãpane que pulsat de mane p aue maria fuit sibi necesse q illã deponeret in terrã eodẽ loco in quo reperiebatur qñ audiuit sonum predictum ꝛ hoc modo ipsa sic sola reperiebat ibi: q iuuenis accessit ad illam ꝛ prestitit sibi opẽ i reuestiẽdo ꝛ recaptãdo se. deide associauit illã vsq ad domũ absq eo qd aliquis factũ illud aduerteret: p cuiꝰ laboribꝰ ꝛ fide mulier ipsa donauit dicto iuueni vnum par caligaꝝ vnũ birettum ꝛ camisiã vnam. ꝛ certas petias casei rogãdo eũ iterũ atq iteꝝ vt taceret: ꝛ ita promisit ꝛ tacuit rẽ ipsam per plures menses: deinde nescit quo spiritu aut indignatiõe vel lapsu iuuẽtutis ductꝰ rẽ ipsam secreto mõ cum vno deinde cum altero propalauit: adeo qd paulatim res deuenit ad notitiã curie: vnde mulier ipsa capta ꝛ cũ alijs icarcerata fuit ꝛ iuuenis ille vt testis oia hec medio iuramento deposuit adeo qd ipsa quoq post multa facinus suum diutiꝰ tergiuersare nõ potuit ego tñ illaꝝ sentẽtijs interesse nõ potui: qꝛ necesse mihi fuit ad vrbem reuerti illasq dimisi earum iudici ordinario vt iustitiã faceret sed cuncta retuli prefato dño Abbati prout inueneram qui mãdauit suo Locũtenenti vt de ipsis iustitiã faceret: ꝛ inde ad paucos dies retulerunt mihi quod vitam suã finierũt flãmis istarum: vnguenta vidi atq tetigi ꝛ quasdã alias maleficas mixturas: quibus grauissimas egritudines i humanis corporibꝰ inferebant: ꝛ illud etiã vidi quo hoies ad eaꝝ libitũ i furorem ꝛ insaniã inducebant que oia mãdaui igne comburi. ¶ Ex quibus omnibꝰ manifeste deprehendi põt quod vere ꝛ corporaliter deferuntur nõ aũt in spiritu illuduntur: ad quid enim opꝰ erat q illa prior cõquereretur de lassitudine corporis ꝛ mẽbroꝝ postq reuersa erat a ludis: vbi dixit q per tres vel quatuor dies se male habebat i corpore pp magnos labores dictaꝝ coreaꝝ si in spiritu dũtaxat fuisset apphẽsa illusione illa nõ erat opus quod conquereretur de corpore ꝛ nimio labore qꝛ corpus nõ laborat in somnijs: sed animus duntaxat vt. d. c. epi. Altera etiã mulier de qua in vltimo exẽplo non fuisset comperta sola in illo loco nisi iuisset in corpe: vt ex predictis pꝫ. ¶ Sꝫ quero nunc quare est quod in ista secta vt plurimũ sunt mulieres viri aũt rari sunt? Respõ. plures redduntur rõnes per doc. prima est quod mulier tanq debilior et fragilior facilius decipitur a diabolo: ꝛ credit oia que sibi persuadentur. c. forus. de verbo. signi. c. j. de cland. despon. ꝛ habet Gen. iij. c. vbi diabolus serpẽs priꝰ decepit mulierem quam virum: eo qꝛ magis credula fuit: alia põt esse rõ q hoc faciũt pp explẽdã libidinem carnis quam alio mo

do non possent absq ignominia satiare:isto enim modo capiũt delectationẽ cũ demone et complent desiderium suum absq eo quod cõtra ipsas insurgat infamia vt ex plurium ipsarum mulierũ cõfessionibus accepi dũ ista subtiliter indagarer. Quidaz alij dixerunt quod mulier est magis vana et curiosa et magis familiaris diabolo quam sit vir et quia minus timet trãsgressionem precepti superioris quam vir quasi quod magis regitur volũtate appetitu et sensualitate quam ratiõe: vt habetur .xxiij.q.vij. quod proposuisti. et q.v. adã. et c. mulier. et per glo. in d.c.j. de cland. despon. et d.c.ij. super Gen. et ibi per sacros doc. ¶ Ex predictis itaq concludo conclusionem ipsam esse sufficienter probatam cui nõ habent obstare quedã que superius in cõtrarium adducebantur. Et primo non obstat tex. in d.c. epi. super quo tenentes cõtrariũ se oẽs fundãt cui licet per alios doc. antiquos et moder. fuerint date plures responsiones ad vnum tñ tẽdentes. s. quod ille tex. non loquitur de secta ista strigarum: sed de alia lõge diuersa ab ista. Ego tñ idẽ cõprobando alio modo respõdebo ad illum tex. declarando literam et mentem illius cõcilij: et antequam ad vlteriora procedam premitto quod omnis lex recipit interpretationem a ratione sua maxime quando ratio in lege reperitur expressa que magis attẽdẽda est quã dictũ legis. l. adigere. §. quis. ff. de iur. patro. l. cũ pr. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. l. milites probibent. et l. milites agrũ. in prin. ff. de re mil. lit. l. nomẽ. l fi. ff. de leg. iij. et Bar. in. l ij. §. videndũ. ff. ad tertul. idẽ Bar. in. l. oẽs populi. in. vij. q. principali. ff. de iusti. et iur. Bar. in. l. si constante. in. v. col. in. vij. et ix. q. ff. solu. matr. et in. l. si vero. §. de viro eo. ti. et in. l. j. C. que sit lon. con. et j. distinc. consuetudo per Gemi. in c. vbi periculuz. in. ij. not. de elec. lib. vj. et est glo. not. in Clem. j. de elec. in vsi. eligatur. et glo. in. d. c. cõsuetudo. j. dist. Ideo dicũt doc. quod cui non cõuenit ratio legis minus conuenit ipsa lex. d. l. cum pr. §. dulcissimis. et d. l. nomẽ. l fi. et d. l. milites. la pma. et la. ij. ff. de re mili. Quibus premissis dico quod ratio principalis illius. c. et intentio concilij aquiren. non fuit velle impugnare et habere pro impossibili quod demõ deo permittẽre non possit hominem corpaliter deferre de loco ad locuz motu locali: quia si fuisset istius intentionis dixisset contra cõmunẽ omniũ Theologorum et canonistarũ sniam imo cõtra tex. proprium sacri euangelij Math. iiij. Luc. iiij. et Marc. j. c. in pn. vbi apparet quod diabolus tẽtando xpz qui erat deus et homo naturalis detulit ipsuz corporaliter super pinnaculum templi et in montem excelsum vt latius infra dicemus: intentio igitur finalis illius concilij in illo ver. Illud etiã non est obmittendum etc. fuit velle improbare et damnare errorẽ illum in quo erant mulieres ille scelerate de quibus ibi quia erant heretice et in sua obstinata opinione damnate: et quia fuit ratio pricipalis atq finalis quare Conciliuz illud declarauit mulieres illas esse hereticas et dãnatas. Nõ dico pricipalis fuit illa quã ponit ibi tex. vez Cum aliquid diuinitatis aut numinis esse extra vnum deuz arbi

trantur hec est ratio principalis que facit illas esse damnatas: qđ melius declaro sic Concilium il- lud in princi.text.ponit generale edictum quo mandat omnibus Epis ⁊ clericis vt summo studio elaborēt perniciosam sortilegā ⁊ magicā artem ex parochijs suis penitus eradicare. ⁊ sic primo im probat artem: deinde deuenit ad speciē.s.ad homines illius artis peritos dū dicit: quod si aliquē vi rū aut mulierem hmōi sceleris se ctatorem inueniant turpiter de- honestatū ex parochijs suis deij- ciāt: quia subuersus est ⁊ his etiā qui similis est sibi subuersi sunt oēs ⁊ a diabolo captiui tenent̄ q̄ relicto creatore suo diaboli suf- fragia q̄rūt: ⁊ ideo a tali peste de- bēt mundari sancta ecclesia. hic eñ remanet completa oratio pri- me partis capituli vbi Conciliū mandat extirpari hanc reprobā artē magicā ⁊ sortilegā ⁊ illius ꝓ fessos turpiter dehonestatos et externos a fide catholica ex oīb⁹ parochijs suis expelli ad hoc vt sancta ecclesia a tali peste libere- tur. Deinde incipit secūda pars ibi illud etiā non est obmittendū quod quedā scelerate mulieres retro post Sathanā conuerse ⁊c. vbi Concilium predictū mutua- uit sermonem ⁊ posuit alium cā- sum diuersum a precēdeti: quod patet ibi dū dicit illud nō est ob- mittendū q̄ quedā scelerate mu- lieres ⁊c. tex. ibi in princ. locutus fuit de mulieribus que artē ma- gicam et sortilegam profitentur ibi dum dicit si aliquem virū aut mulierē huiuscemodi sceleris ⁊c. si eñ cōciliū predictū in illa scđa parte voluisset intelligere de eis-

dē mulieribus de quib⁹ fuerat fa cta mentio in principio. tex. nō di xisset per ista verba q̄dā scelerate mulieres ⁊c. sed dixisset p̄ aliqua verba repetitiua earundem ꝑso- naꝝ ⁊ qualitatū. vcꝫ eedem ipse dicte vel predicte: vel per alia si- milia verba: ex quo eñ tex. in di- cta secūda parte non fuit locut⁹ per verba repetitiua: sꝫ per diuer sa ⁊ diuersum sensum ⁊ casuꝫ de- monstrātis fatēdū est de necessita te quod ille sit diuersus casus a precēdēti ⁊ sic diuersa species ꝑ- sonaꝝ: ⁊ quod sit verū clarius de- monstrabit̄ infra. Concilium igi tur deueniendo ad secundā par- tem exponit istaꝝ mulieꝝ profes- sionē ⁊ qualiter sub falsis illusio- nibus ⁊ fantasmatibus illudun- tur a demone: deinde enumerat quasdā operationes quas mulie res ille ꝓfitentur facere cū Dia- na vel Herodiade deabus suis quarū iussionibus ad illarū serui tiū euocantur ⁊ nocturnis horis accedere profitentur: sed vtinam he sole in sua perfidia perijssent ⁊ non multas alias ad illarū interi- tum pertraxissent: deinde ponit modū infidelitatis: ⁊ errorem ex- primit quo principaliter deducū- tur in heresim dū dicit nā innu- mera multitudo hac falsa opinio ne decepta hec vera esse credūt. s. qꝛ putant Dianam ⁊ Herodia- dē eē veras deas: ⁊ posse illa ope- ra de quib⁹ ibi perficere ⁊ creden do a recta fide deuiant ⁊ errore paganorum inuoluuntur. Ratio finalis ⁊ principalis omnium su- pradictorum operum ⁊ damna- te credulitatis ex q̄ dñr heretice nunc ponitur dū dicitur. Cū ali- q̄d diuinitatꝫ aut numinis extra

vnū deum arbitrātur ꝛ huc vsq̄ perficitur: secunda oratio ꝛ dictū illius secunde partis deinde sequitur improbatio illarum false opinionis ꝛ erroris predicti. Ratio igitur finalis est illa quā prime dixi ex qua omnes alij errores ꝛ illusiones successiue dependent cū credant illas Dianam ꝛ Herodiadem esse veras deas ꝛ in eis multū diuinitatis ꝛ numinis esse: ꝛ iste est verus intellectus illius capituli si bene cōsideretur in verbis ꝛ in mente. Stante igitur rōne predicta expressa secūdū illā verba ipsius legis sunt interpetrāda: ꝛ vbi ratio ipsa non cōuenit lex quoq̄ omnino cessat. ff. l. cū pater. §. dulcissimis. ff. de leg. ij. l. hec actio. ꝛ ibi Barto. ff. de calū. l. is qui animo ff. de acquiren. posses. Ratio autem predicta nō conuenit neq̄ verificari potest in hac secta strigarum ꝛ maleficoꝝ quippe quia ipsi vel ipse non decipiunt ista falsa opinione putātes inseruire deabus istis ꝛ extra vnum deum aliqd numinis esse: sed ipse vident cognoscūt ꝛ apprehendūt expsse qd illaꝝ Princeps cui inseruiunt ꝛ quē obediunt ꝛ adorant est diabolus inferni inferior deo: ꝛ inimicus dei: sꝫ illi inseruiunt relicto creatore propter mundi vanitates ad explēdas illaꝝ libidines. d. c. episcopi. in pn. ꝛ. c. siquis episcopus. eadem. q. v. si em̄ ratio ipsa de qua supra istis strigimagis non conuenit verba legis ꝛ illius dispositio minus cōuenire debet per ea q̄ proxime dicta sunt. eo maxime. Quia rō legis determinata restringit dictū legis: vt illa duntaxat lex ipsa cōprehendat ad que ratio illa naturaliter adaptari pōt: ꝛ non vltra d. l. cum pater. §. dulcissimis. ꝛ. l. hec actio. ꝛ ibi Bartol. ff. de caluūnia. ꝛ. l. is qui animo. §. de acquiren. posses. ꝛ prima distin. consuetudo. ꝛ not. glo. in Clemen. pri. de elec. ꝛ per Geminia. in. c. vbi periculum. in princi. eo. tit. lib. vj. Cū autem iste sint exclusse a ratione dicūtur esse excluse a legis dispositiōe per ea que supra diximus: nec obstāt exēpla ꝛ auctoritates quas textus inferius deducit de Paulo ꝛ Ezechiele: quia illa oīa referuntur ad sectam illam: de qua ibi non autem ad strigas siue maleficas: de quibus hic. fateor tamen quod strige iste ꝛ malefice in quibusdam conueniunt cum mulieribus illis de quibus in. d. c. episcopi. in secunda parte in hoc. s. conueniunt quia vtraq̄ secta inseruit Diabolo etiam illi⁹ imperio gubernatur: sed vna scienter altera ignorāter: vna decipitur altera decipit. Cōueniūt ꝛ in alio: quia quo ad effectum eterne damnationis: ita sunt dānate ille sicut iste ita Demones habent imperium super illis sicut super istis ꝛ eodem modo ille sunt eliminānde ꝛ deiciēde extra parochias sicut iste strigimage: qꝛ oēs sunt dānate. nō tñ sequit̄ si in aliqbus conueniūt ꝛ equiparantur: ergo in oībus debent esse eq̄pate: qꝛ data diuersitate rōnis dat̄ etiā diuersitas iuris: vt. s̄. diximus ꝛ dicem⁹ etiā infra eo. tit. q. xij. dū declarabit̄ mā poculoꝝ siue venenoꝝ: ꝛ vt dixi extra cōionem fideliū posite sunt ille sicut iste ꝛ omnes tāq̄ oues morbose sunt penitus a christi fidelibus euitāde ne sanas oues morbo ils

so inficiant.l.ij.C.de sum.tri.z.l. hi qui sanctā.C.de aposta. qz oēs sunt eiusdē diabolice religionis: sed diuerse pfessionis z habitus dico animi nō corpis z ordinis p̄fesse sicut monachi et moniales xp̄iane religionis diuersos ordines pfessionis accipiunt ad vnū tn̄ diuinū cultū oēs tendētes:ita isti dānati diuersos ordines z ritus accipiūt z sub diuersis ordinibus z moribus diabolo inseruiūt z diuersis quoqz noibus nūcupātur:quidā sunt heretici:quidam manichei alij vero apostate:alij scismatici donatiste:z similes de q̄bꝰ in.l.manicheos.C.de heret.z l.j.z.l.hi q̄ sanctā.C.de aposta.et habet per glos.Abb.z alios doc. in rub.z in.c.j.de aposta.z de scismat.z hoc est quod in effectu voluit dicere text.in.c.excōicamus lo primo.z lo.ij.in pn̄.extra de heret.vbi dixit.facies quidem habētes diuersas caudas aūt adinuicē colligatas qz de vanitate cōueniunt in idipsum p facies dico diuersas itellexit de diuersis ordinibus hereticoꝝ siue sortilegoꝝ per caudas adinuicē colligatas intellexit de vnico cultu eiusdem diabolice religionis:qz oīa eorū opa tēdunt ad cultū Sathane siue in mente et intellectu:siue in corpe fiant. ad hoc vide q̄ dixi.s.
29 in primo euidētiali huius.q.†Ille igit mulieres de q̄bus in.d.c. epi. dicunt ppie heretice ex quo psistūt in illo errore putantes aliqd numinis esse in illis deabꝰ et illas esse veras deas relicto deo saluatore nr̄o vt i.c.j.de sum.tri. z.xxj.q.ij.q̄ sine saluatore.z.c.firmissime.de hereti.Iste vero strigimage magi z sortilegi que sciēter z ex propria malitia peccant relinquentes diuinum cultum z christi fidem z scienter adherentes diabolo quem sciūt z cognoscūt esse diabolum infernalem et inimicū dei nō dicunt ppie stricte heretice:qz nullo dr̄ errore seducte:sz potiꝰ apostate pfidie: qz sciēter ppria temeritate recesserūt a fide xp̄i q̄uis ista eaꝝ apostasia longo tpe indurata z ptinaciter defensata trāsit in heresim.vt dixim̄ꝰ.s.tit.j.q.ij.z dicūt glo.z doc.in rub.extra de aposta. z hētur p impatorē in.l.j.z hi q̄ sanctā.C.eo.tit.vbi apostate proprie dr̄ q̄ sciēter z propria auctoritate siue potius temeritate retrocedūt a fide xp̄iana vt hētur in.d.l.j.z in glo.rub.z l.c.j.extra eo.tit.z p.S.Thom.in scd̄a scde. q.xcv.art.v.z.vj.in titu.de supsti. ad q̄ faciūt que diximus.s.in primo euidētiali z supra etiam.q.ij.
30 ¶ †Et nota vnū valde singulare qd̄ istoꝝ apostataꝝ due sunt spēs vna est q̄ simpliciter retrocedit a fide z seqtur cultū z obediētiā demonis : altera est q̄ postq̄ xp̄i fidē abnegando postergauit z deiecit ex corde suo iteꝝ se baptizat expsse in noie diaboli:z aliud nomē sibi superimponit lz vtraqz spēs sit damnata ; prior tn̄ si pctm̄ suū reuocat admittit ad pniaz z euitat, penas corpales sicut heretici:vt.l.manicheos.C de heret.secūda vero spēs nunq̄ admittitur ad pniam in foro iudiciali ex q̄ possit euitare penas corpales ēt si millies abiuraret pfessionē illam z vellet ad xp̄i fidē reuerti nō auditur quo ad istū effectū:z iste est tex.valde not.ad hoc in.d.l.hi qui sanctā.z ibi glo.C.de aposta.

eodem modo irremissibiliter pu-niūtur qui abnegato baptismate xpiano iudei effecti sunt ꝛ inter iudeos commorātur. vt in. l. j. C.
31 de aposta. ꝑ quo ad aiam vero in foro ꝯsciētie admittit pnia istoꝝ ab ecclesia ꝛ alioꝝ quorūcūqꝫ: vt not. in. d. l. manicheos. per doc. ꝛ ꝛ hētur in. c. ad abolendā. ꝛ. c. fir-missime. de heret. ꝑ glo. in. c. exercī-tamus. cl. ij. eo. ti. ꝛ. c. sup eo. titu. lib. vj. ꝛ diximus. s. tit. j. q. v. circa finē. ꝛ ista sit prima dr̄ia que repe-ritur inter istas quo ad nomen ꝛ ordinē professionis. ¶ Scdo dif-ferūt in modo profitēdi: qꝛ ille de qbus in. d. c. epi. non faciunt pro-fessionem expssam cū demone si-cut iste nec credūt inseruire de-moni: sed deluduntur sub specie boni. ꝛ ꝑpea dicit tex. ibi qꝫ diabo-lus postqꝫ illaꝝ mentē ceptiuatā tenet transformat se in diuersas species ꝑsonarum. ¶ Tertio dif-ferūt: qꝛ ille nulla cōficiūt sortile-gia nec maleficia i humanis aut brutoꝝ corporibus ꝛ nemini no-cent nisi sibipsis ꝛ ꝑpea non di-cunt maleficē: sꝫ hereticē. iste ve-ro sunt deterioris cōditionis: qꝛ nocēt multis per diuersa malefi-cia: vt latius supra vidistis in. ij. iij. q. ¶ Quarto disconueniūt in hoc qꝛ non reperit quod ille ali-quē maleficiatū curauerint ꝛ ipa maleficia ꝯtrarijs maleficijs ab-stulerūt: iste vero publice incūbūt cure ꝛ medelis maleficiatorum ꝛ postqꝫ aliquē dicto morbo cura-uerint sepius indicant maleficiā-tē saltim aliqb⁹ indicijs. vt habe-tur ꝑ S. Aug. in lib. x. de ciui. dei ꝛ in. iij. de trini. ꝛ. S. Thom. in. d. q. v. prime ꝑtis tract. qq. in titu. de mira. ꝛ hētur. xxvj. q. v. nec mi-rum. §. necromāti. ver. ad hec oia. ¶ Quinto quia ille licet inser-uiant demoni virtualiter tñ inser-uiūt sub forma dearum ꝛ bonoꝝ numinū: iste vero ꝓprio demoni sedenti in solio maiestatis cui vt vero ꝛ vnico Principi reddūt obe-dientiam vt supra latius diximꝰ in. ij. ꝛ. iij. q. ¶ Sexto quia nō ap-paret quod ille de quibus in. d. c. episcopi. accedant ad ludos: ꝛ ex-erceant ibi choreas ꝛ saltatiōes ꝛ demum coitum carnalem ha-beant cum sicut iste per ea que. s. latius i hac. q. ꝯclusimus ꝛ per. S. Thom. d. q. v. ¶ Septimo discor-dāt in hoc: qꝛ ille nulla celebrāt sacrificia nullasqꝫ imagines offe-rūt neqꝫ baptizant: aut responsa petūt: iste vero cūcta opera hmōi faciunt vt supra late vidistis in ij. ꝛ. iij. q. ꝛ in hac etiā in primo. ꝛ ij. fundamēto. ¶ Et qd̄ sint diuer-si ordinis specie differētes appa-ret ex diuersitate tractatuū ꝛ ca-pituloꝝ ꝛ ēt auctoꝝ. ea em̄ q̄ dis-ponunt in. d. c. epi. decreta fuerūt in cōcilio aquirē. dispositio aūt. c. nec miꝝ sumpta fuit ex doctrina tertuliāi. S. Aug. in lib. x. de ciui. dei. cū igit ex diuersis auctorib⁹ tpibus ꝛ causis decreta ipsa sta-tuta fuerint supflua fuisset alte-rius decisio si vtrūqꝫ eundē casuꝫ comprehenderet vel decideret cō-tra not. in. §. qbus in prima con-stit. C. ꝛ in. c. si papa. de priuileg. lib. vj. ne igit istud incōueniēs su-pfluitatis succedat dicamus qd̄. c. epi loquat de diuersa specie mu-lieꝝ ab ista ꝛ ab illa de qua in. d. c. nec mirū. maxime cū in verita-te plures repiuntur spēs ꝛ diuer-se ꝓfessoꝝ sub hac diabolica reli-giōe vt. s. dictū est in pmo euidē-

vera virgo intacta: quo ad spiritum vero dicitur esse nupta coniugio spirituali: et sponsa Christi per votum professionis sue: vnde non impeditur istorum duorum concursus vnum in spiritu: alteraz vero in corpore siue in carne: vt late diximus supra lib. precedenti. q. vij. in princi. argumento textus in. c. excommunicamus: el primo: et lo secundo in princip. de hereti. in antiq. vide not. text. qui loquitur de monialibus et expresse dicit quod monialis per peccatū carnis committere potest stuprum et adulteriuz. xxvij. q. prime: si qua monacharū. ¶ Et ex premissis etiam insurgit aliud dubium nunquid ista quatuor crimina de quibus supra quādo ex vnico concubitu orta fuerūt sint quatuor crimina separata in forma: et substātia: ita quod ipsorum reus possit de vnoquoqꝫ accusari pariterqꝫ puniri: et pena ex vno secuta alterum non impediat ac si ex diuersis factis et cum diuersis personis facta fuissent. Respond. articulus iste in veritate est subtilis et disputabilis: quando ex eodem facto plura oriūtur crimina: an reus possit de pluribus accusari et pluribus etiam penis puniri. glos. enim in dicto. c. virginibus. dicit quod ista dicuntur plura crimina nomine tantum: non autem effectualiter in substātia: et sic respectu accusationis sunt diuersa: quia reus potest de quolibet ad libitum accusantis deferri: sed quo ad effectum respectu pene omnia ista reputantur pro vno et sic secuta pena ex vno reus ipse a ceteris liberatur: ex quo in veritate non fuit nisi vnū factū: ideo fiscus debet esse vnicā pena contentus ad similitudinē duorum pluriumve reorū pro eadem summa in solidū obligatorum quorum si vnū totaliter creditor exegerit ceteri liberantur. l. ij. et ibi Barto. ff. de duo. re. fatetur tamen illa glo. quod vbicunqꝫ ex eodem facto plura oriūtur crimina quod pena vnius magis aggrauatur ratione edificti criminis: vt habetur in. l. si adulterium cū incestu. et ibi Barto. ff. de adult. et xxxij. q. vij. quēadmodū. §. sūt etiā. sed Barto. in. d. l. si adulteriū cū incestu. in. ij. col. in ver. vlterius queꝛo. tenuit contrariū quod reus vtiqꝫ poterit de omnibus puniri et sic pro vno facto pluribus et diuersis penis puniri: idem etiam tenet glo. in. d. l. si adulteriū cū incestu. in ver. occurrūt quam sequitur ibi Barto. et idem Barto. in. l. senatus. ff. de accu. et clarius etiā Bar. in. l. qui de crimine. C. de accusa. Concludēs in effectu quod quotiescunqꝫ ex eodem facto plura oriuntur crimina specie diuersa reus poterit de pluribus separatim accusari et de pluribus quoqꝫ puniri: sed si super vno fuisset in causa conclusum: adeo quod sola expectaretur pronūciatio debebit supersederi super ipso crimine et expectari donec causa super altero expediatur vsqꝫ ad dictum terminū adeo quod quis vnica sentētia duplici crimine reus declaratur et pluribus diuersis penis afficitur et satisfacere tenetur: quod est verum quando esset pena pecuniaria bonorum vel alia huiusmodi: nō autē quando esset pena vltimi supplicij vel mutilatiōis mēbri: quia isto casu pena semel commissa et executa in corpo-

re amplius reiterari non potest: q: mors vnica est que omnia sol; uit. §. deinceps. in auct. de nup. & l. vulgaris. & ibi Bart. ff. de furt. vide Barto. in. d. l. si adulterium cū incestu. in. ij. col. ver. sed quid releuat &c. quibus nō obstat text. in. d. l. senatus. ff de accu. vbi de homicidio & paricidio notatus vnica dūtaxat pena punitur: q: patet responsio per supra proxime dicta: nam morte semel execu ta nō potest amplius reiterari: & ideo vni⁹ pena vtrūq3 soluit: q: de vtroq3 est pena mortis. vt. l. j. ff. ad leg. pomp. de paric. & l. iij. §. fi. ff. ad leg. corn. de sica. Barto. au; tem in. d. l. si adulterium cum in= cestu. aliter respondet ad. d. l. se= natus: & dicit quod illa duo crimi na de quibus ibi non sunt eque pncipalia: vt principales species separate: sed vnum est tāq3 genus quod est homicidiu3: alterum vt species sub suo genere compreh̄e sa: nos aūt loquimur quādo sunt plures species criminum separa te & eque principales l3 ex eode3 fonte siue ex codē facto procedāt & hec est vera cōclusio communi

22 ter approbata. ¶ † Que limitan; da est primo pcedere quādo esset vn⁹ & idē accusator qui vellet eū; dem reū de pluribus criminibus impetere: q: ab vno tm̄ nō posset diuersimode vexari ex eodem fa= cto: vt supra: s3 bene a pluribus. ita dicit Bar. i. d. l. q̄ de crimine. & ratio est illa q: exceptio rei iudi cate super vno remoueret eūdem accusatorē super alio prosequen= tē & hoc maxime quando lata es= set absolutoria super vno que pa rit exceptionem super alio cōtra eandem personā non autem con tra diuersam: sed q̄ est ratio qua; re potius illa exceptio remouet eundem accusatorem & non di; uersum ratio potest esse ista que3 nunc consideraui: quia quando reus fuit semel absolut⁹ ab vno crimine si idem accusator vellet iterum agere super alio crimine ex eodem facto descendente cen; setur calūniari velle contra ipm accusatum: ideo iura ipsum repel lunt ab accusando: quia in eo fa; cto in quo semel succubuit non debet iterum admitti: que ratio non militat contra tertium: vide Barto. in. d. l. q̄ de crimine. & ibi Bal. & Abba. in. c. trāsmisse de co. q̄ co3. con. vxo. sue vbi secut⁹ fuit dictum Barto. in. d. l. si adulte; rium &c. ¶ Sed quero que vtili; tas resultat ex hoc quod quis pos sit de p̄lribus criminibus specie differentib⁹ quando ex eodem fa cto descendunt accusari & puni; ri quādo ex quolibet crimine im; ponitur pena mortis vt est homi cidium & paricidium de quibus diximus supra: item adulterium et incestum: vt. d. l. si adulterium cum incestu. in princi. cum mors vnica sit que omnia soluit: et est actus qui non pōt de nouo reite; rari: vt l. vulgaris. et ibi Barto. ff. de furt. & diximus supra proxi me. respon. Barto. in. d. l. si adul terium &c. in. ij. colum. ver. quero quid releuat &c. vbi dicit quod hoc est vtile & prodest in plurib⁹: & primo quia si sit lata sententia absolutoria super vno poterit ab alio dico non ab eodem accusato re accusari super alio: vt. d. l. qui de crimine. item si sequatur con; dēnatoria prodest in hoc: quia se; pius per statuta pena adulterij

vel alterius criminis que de iure ciuili est vltimum suppliciū alle- uiatur z fit pecuniaria.item pro- dest in hoc:quia vnius pena au- getur propter aliud vt grauius puniatur:ita tenet glos.in.d.l.si adulterium cum incestu.in prin- cip.z ibi Bartol.in.d.ver.quero quid releuat.in h.pro quo facit in argu.tex.in.l.sacrilegi.in.q.re sponso.ff.ad leg.iul.pecul.vbi si furtum fiat in loco priuatim sa- cro dicitur quasi sacrilegium et punitur plusq̄ furtum z minus quam sacrilegium de quo diximus supra in principio.istius.q.Pro resolutiōe igitur supradicte que- stionis mote per glo.in.d.c.virgi nibus dico quod glo.illa dum vult quod sint diuersa crimina respectu accusationis eo quod sit in electiōe accusatoris super quo ex dictis criminibus velit insti- tuere accusationem que postq̄ semel instituta est non licet post- ea super alias criminibus alias diuersas accusationes propone- re:sed in hoc male dicit per ea que supra proxime diximus.quia si sunt plura crimina specie diffe- rentia licet descendant ex eodem facto possunt institui plures ac- cusationes z imponi plures pe- ne:vt supra proxime dictum est posset saluari dictum glo.in vno casu.s.qñ lata esset sentētia abso- lutoria super vno ex dictis crimi- nibus qđ non liceret accusatori intētare iudiciū super alio.d.l.q̄ de crimine.z ibi Barto.alias di- ctum glo.saluari non potest lo- quēdo in foro iudiciali:quia etiā de iure canonico quoties ex eodē facto plura crimina oriūtur pos- sunt plures accusationes institu. et plures pene imponi:ita dicit expsse glo.relata ad tex.in.c.rele- gentes.xxxij.q.v.in ver.si adulte- riū.idē tenet Archi.in.d.c.virgi nib⁹.per tex.in.d.l.q̄ de crimine. quem ipse allegat ibi.si vero loq- mur in foro consciētie prout ipsa glo.postea dicit aliud esset dicen- dum.scilicet quod vna pena tan- tū puniretur.sed grauiꝰ propter alia crimina annexa:quia si vna sola qualitas aggrauat delictum multomagis vnū delictū separa- tū aggrauat aliud delictum.hoc idem tenet Bartol.post glo.in.d. l.si adulteriū cū incestu. ¶ Qui-
23 bus sic declaratis deuenio nūc ad expeditionem questionis no- stre z quero quibus penis puni- tur quis pro illo coitu habito cū moniali. ¶ Respon.aut loqmur in foro conscientie aut in foro cō- tentioso canonico:aut i foro ciui li.Primo casu qñ sumus in foro conscientie est pena excommuni- cationis z exclusionis a consor- tio aliorum professorum siue mo- nachorū siue monialiū:quia de- bent omnino ab aliorum mona- chorū siue monialiū consortio ex- pelli q̄ huiusmodi impudicitie se immiscuerint:z in aliquo loco ar- cto siue carcere ipsiꝰ monasterij intrudi ad agēdū perpetuā peni- tentiam:ita qđ in solo mortis ar- ticulo si digne z cōgrue penitue- rint non negetur viaticū eucha- ristie:vt in.c.impudicas z.c.virgi nibꝰ.xxvij.q.j.z nota q̄ non sunt abijciendi vel abijciēde extra mo nasterium:ita qđ vagari possint: sed intrudende vt supra ne cum alias conuersentur tanquā oues morbose:ne alias aut totum ouile inficiant:ita not.et expresse di-

eit Archidia. in. c. peruenit. xxvij. q. prima. pro quo facit tex. in. c. in ecclesiasticis. §. fi. de maio. et obed. quem vide ibi. Ea enim que proxime diximus habent locum in clericis. Laici vero excommunicantur nec vnquam admittūtur ad communionem fidelium nisi publicam: et idoneam de scelere ipso egerint penitentiam. d. c. impudicas. et. c. virginibus. et. ibi gl. et per Archidia. in. d. c. peruenit.

¶ Secundo vero casu quādo sumus in foro contentioso corā iudice ecclesiastico Clericus cuiuscunq sit grad⁹ vel dignitatis deponitur ab omni ordine sacro et officijs ac beneficijs omnib⁹ priuatur: et intruditur in arctū monasterium ad agendū perpetuam penitentiam. laicus vero excommunicatur: vt dicunt hec duo capitula. xxvij. q. j. si quis episcop⁹.

14 et. c. si qua monacharum. ¶ † De iure autem ciuili pro isto crimine est pena mortis. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis et cler. qui tex. loquitur generaliter de quacūq iniuria illata ecclesie monasterio vel psonis ecclesiasticis: qd probatur etiam ratione nam in quolibet sacrilegio istius coitus inest adulteriū et incestum: vt supra proxime ꝯclusimus pro quibus criminibus nulli dubium est quod est pena capitis. d. l. si adulteriū cum incestu. ff. de adul. et. l. quāuis. §. fi. C. eo. tit. vbi dicit tex. sacrilegos alienarū nuptiarū gladio puniri opꝫ: multomagis gladio puniendus est qui est sacrilegus diuinarum nuptiarum. d. c. si qua monachaꝝ. arg. c. solite. de maio. et obe. et vide. d. Joan. lec. in sum. eo. tit. q. iij. p quo facit etiā tex. in. l. sacrilegi. in princip. ff. ad leg. iul. pecul. quia hic violatur sacrum de sacro etc. Sed predictis oppo. de. l. raptores. in fi. C. de episco. et cle. vbi dicitur quod siue volentibus siue nolentibus mulieribus siue sacratissimis monialibus pati carnalem concubitum in omnem euentum ille sacrilegus punitur pena capitis: et omnia eius bona publicantur que applicantur dicto monasterio et supra in casu nostro nulla est facta mentio de bonorum publicatione. solu. illa lex procedit quando ex parte viri interuenit rapt⁹: quia rapuit monialem de monasterio et illam postea violauit omnino punitur penis predictis ipse raptor respectu illius violentie et rapine ex qua fit iniuria publica toti monasterio: et monialibus que intus habentur: et ideo non attenditur nec consideratur voluntas illius rapte: sed magis cōsideratur generalis iniuria monasterij et ideo graui⁹ punitur dictorum bonorum publicatione: nos aūt loquimur quādo nullus interuenit raptus: sed sola defloratio monialis occulta: de quo quidē crimine raptus et eius penis dicetur infra eo. q. x. vbi tractabitur de raptu monialis sacre. itē et mulieris prophane virginis vidue vel nupte honeste viuentium: et quid de raptu meretricis causa libidinis.

¶ Summarium.

1 ☞ Coitus nefarius quid sit et quam penam exigat.

2 Coitus nefarius est peccatū cōtra naturam humane societatis.

3 Coitus cū masculo pctm̄ est sodomiticū ꝯ naturā humani sexus.

Coitus

4 Coitus cum brutis est pctm̄ contra naturam humani generis.
5 Clerici quanto tpe pro omni fornicatione debēt penitere.
6 Fornicatio clerici qualiter in foro iudiciali puniatur.
7 Eps super quibus penis dispensare possit cum clerico.
8 Coitus ille nefari9 dicitur quasi sit nefas de illo loqui.
9 Dispositio.l.qui contra.C.de incestis nup.non procedit in ignorantibus vel minoribus.
10 Matrimoniū nefanduz vel indebitum ignoranter cōtrahentes si supueniat sciētia tenētur abstinere z disiungi:q si persistent tenenk pena legis qui ʒ.C.de inces.nup.
11 Donationes constante nefando matrimonio facte an sint adueniente disiunctione reuocande.
12 Filij ex incestis nuptijs pcreati an succedant in bonis parentū.
13 Pueri ex incestis nuptijs habiti nō sunt a parētib9 filij appellādi.
14 Jus canonicum aliter disponit de filijs incestuosis alendis z puidendis q̄ ciuile.
15 Pena incestus est eadem cum pena adulterij.
16 Mulier an i materia fornicationis aliqn̄ vt vir puniatur.
17 Nuptie incestuose ignoranter facte nullam penam merenk si adueniente scientia dissoluātur.
18 Peccatū ignorāter et absq dolo cōmissum qn̄q punitur.

1 Secūdo q̄rot † quid de nefario coitu cū quis tā audax et pteruus reperitur qui cum ppria matre auia seu alijs ascēdentibus linea directa aut cū ppria filia nepte ceterisq descēdētib9 eadem linea directa ausus fuerit se carnalr cōmiscere:qua pena puniēdus sit.Rn̄.si loquimur in foro conscientie erit p penitētia excōicatio septē annoz:z vltra arbitrio iudicis spūalis:vt tanto tpe extra gremiū ecclesie z cōionē fideliū debeat cōmorari donec per cōgruam penitentiā deo et ecclesie satisfecerit xxxij.q.ij.hoc ipsum.§.j.vbi est
2 casus z dicit ibi tex.qd † istud dicit crimē cōtra naturā humane
3 societatis † aliud est qd fit cōtra naturaz sexus humani qd est qn̄ q̄s cū masculo se ꝯiunxerit more
4 sodomitico:† aliud est qd fit contra naturā humani gn̄is z illud est qd fit cū brutis que oia puniūtur excōicatione vltra septēniuz tanto tpe quāto iudex ipsē arbitrabik cōsiderata qualitate facti psonarum cōditione z animo delinquentis:vt.d.c.hoc ipsum.sed ea que proxime dixim9 intelligū
5 tur de laicis.† Clerici vero decēnio debēt penitere nō solū p isto: sed p oi fornicatione.lxxxj.dist. presbyter.vbi dr qd olim p̄sbyter fm canones apostoloz̄ pro fornicatione deponebatur:hodie vero iuxta auctoritatē beati Siluestri decē annoz̄ indicik penitentia cum maximis ieiunijs z abstinentia.vt ibi dicitur qua pena tā mulier que peccauit q̄ vir plectitur.ad hoc facit.xxvij.q.j.deno
6 tā.¶ † Jn foro aūt iudiciali corā iudice ecclesiastico.Clericus pro isto crimine debet deponi fm ea que habenk in.c.at si clerici.§.de adulterijs.extra de iudic.vbi dr qd eps sup adulterio z alijs minorib9 criminib9:sicut est stuprū simplex fornicatio z similia dispēsare potest:quia pro criminibus

hmôi non datur pena depositio-
nis: sz suspésionis vel alia minor
pena: vt in. c. significasti. de adul.
et. c. vt clericorũ §. j. de vita et ho.
cle. in criminibus eñ grauioribus
adulterio in quibus grauiores in-
feruntur pene. s. depositio non li-
cet epo dispensare. ita dicit text.
l. d. c. at si clerici. §. de adulteriis.
in fi. an ver. sed non debet. sed cri-
men incestus est grauius adulte
rio. xxxij. q. vij. adulterij malum.
ergo non debet suspensione: sed
depositione puniri ppter crimi-
nis turpitudinem. d. c. vt clerico
rum. et hoc tenet glo. in. d. c. at si
clerici. §. de adulteriis in ver. mi
nora. in princip. et in fi. Quod vi-
detur satis rationabile cum per
ipsum coitũ de necessitate duo cri
mina perpetrantur aut adulte-
rium et incestuz si mulier erat nu
pta aut stuprũ et incestum si erat
soluta merito debet grauiori pe-
na puniri q̃ si vnum tantum cõ-
misisset crimé. ita tenet gl. Bart.
et doc. in. l. si adulterium cum in-
cestu. ff. de adulte. vbi dicitur de
vtroq;. Et licet ista opinio q̃ pro
simplici adulterio sit pena suspẽ
sionis et non depositionis sit for-
san verior de iure et magis equa
et probabilis: vt latius infra di-
cam in sequẽ. q. cõmunis tñ opi.
canonistarium est in cõtrariuz q̃
pro simplici adulterio in clerico
sit pena depositionis: a qua opi.
in iudicando nõ esset recedendũ
vide que dixi infra. d. q. sequen.
et in. c. vt clericorũ. §. j. de vit. et ho
nest. cleri. et ibi per doct. et nihilo-
minus mo:abitur extra gremiũ
ecclesie et cõmunioné fideliũ co
tpe de quo in. d. c. presbyter. lxxxj.
distin. et tandiu stabit donec legi-
time purgatus ad pristina reuer
tatur officia. d. c. presbyter. et. l. di
stinc. ponderet pro quo facit bo-
nus text. in. c. ij. de fortil. et qd ibi
not. Abb. vbi depositus post per-
actam pniam et legitimaz purga
tionem ad pristina restituitur.
7 †Et signa hoc notabile verbum
quod Episcopus super isto et aliis
maioribus criminibus dispensare
nõ potest: de adulterio aũt et aliis
minoribus sicut est stuprũ et sim-
plex fornicatio despẽsare potest:
vt in. d. c. at si clerici. §. de adulte-
riis. et ibi glo. Abb. et alij scriben-
tes. an autem eps possit genera-
liter dispensare in omnibus casi-
bus: exceptis illis in quibus repe-
ritur phibitus vel dicat esse gñã
liter phibitus nec possit dispen-
sare nisi in casibus a iure expressis.
vide glos. in. d. c. at si clerici. in. §.
de adulteriis et ibi Abb. et doc. et
l. distinc. miror. xij. q. ij. de viro cũ
similibus. ¶ Laicus vero maio-
ri anathemate excommunicatur
xxxiij. q. ij. si quis cum matre. et in
c. si quis cuz duabus. in fine. que
iura loquuntur in laicis et maior
pena que indici possit de iure ca-
nonico contra laicos est excõmu
nicatio: vt in. c. si quis suadente
diabolo. xvij. qõ. iiij. et. c. sicut du
gnũ. de homic. et in. c. j. eo. tit. lib.
vj. contra clericos vero sunt plu-
res alie pene suspensionis priua
tionis depositionis: et similes vt
in. c. vt clericorũ. de vit. et honest.
cler. l. distin. presbyter. xxvij. q. j. si
qs eps. ¶ De iure auté ciuili cri
men istud appellat nefarius coitus:
vt per glo. in rub. C. de incest. nu.
et in aut. ex complexu. eo. tit. et no.
in. §. ergo non oés. insti. de nupt.
quasi quod nefas sit de eo loqui

8 ⁊ isto casu distinguetur aut hec cō
mixtio ⁊ carnalis copula interue
nit in figura mrīmonij prout ha
betur i.d.§.ergo nō cēs.⁊ nuptie
ipse vt nefarie et inceste omnino
sunt tollende.d.§.ergo ver.⁊ si ta
les ⁊ per glo.⁊ doc.in dicta rub.
C.de incest nup.Puniunt ēt alijs
penis: quia si scienter contrare⸗
rūt omīa lucra nuptialia siue sit
donatio ante nuptias siue ꝓpter
nuptias ⁊ alia quecunqꝫ sint do⸗
te excepta ab ipsis coniugibus.s.
ab vtroqꝫ tanq̄ indigno qui con
tra legū instituta nuptias prohi⸗
bitas contraxit auferuntur et ap
plicātur fisco.l.qui cōtra legum.
C.de icest.nup.in princ.que tamē
dispositio limitāda est:vt habeat
locum quādo coniuges ipsi erāt
ambo maiores ⁊ scienter contra⸗
xerunt cōtra legum decreta. Se⸗
cus āt si erant minores vel igno
9 rantes.†Ex quibus collige duas
limitationes prima est quod dis⸗
positio illius legis nō habet locū
in ignorantibus qui ignoranter
contraxerunt dummodo non sit
ignorantia crassa ⁊ affectata:sed
iusta ⁊ excusabilis Secundo limi
ta non habere locum in minori⸗
bus qui lapsu etatis contrexe⸗
runt:quia presumuntur ignari:⁊
illis parcitur.ita dicit tex.in.d.l.
qui cōtra.in fi.pro quo facit etiā
l.si adulterium cum incestu.§.idē
10 pollio.ff.de adult. Que†quidē
due limitationes iterū sunt colli⸗
mitande:vt habeant locum ⁊ ex
cusent ꝑētes a penis predictis
si incontinenti postq̄ habuerunt
notitiam de impedimento matri
monij vel minores postq̄ ad legi
timam etatem peruenerint in⸗
continenti se adinuicem separa⸗
uerint alias si vlterius perman⸗
serint in coniunctione non excu⸗
santur a penis ꝑdictis quia pre⸗
sumitur ⁊ habetur ac si a princi⸗
pio scienter ⁊ dolose cōtraxerint.
vide tex.cum glo.in.d.l.qui cōtra
11 legū.in fi.¶†Sed quero quid si
alter coniugum erat minor vel
ignorās:alter vero maior ⁊ sciēs
qui quidē maior minori vel igno
ranti bona quedaꝫ donauerit an
ipse donatarius isto casu dissolu
to matrimonio lucrabitur bona
predicta vel deuoluent ad fiscū.
dic quod lucrabitur sibi.ita dicit
glo.in.d.l.qui contra.in ver.fisco
in princ.per tex.in.l.fi.ff.de leg.j.
⁊.l.cū hic stat⁹.§.fi.ff.de dona.in⸗
ter vir.⁊ vxo.Quod tamen intelli
ge esse verum si ipse donatarius
incontinenti postq̄ sciuit vel per⸗
uenit ad legitimam etatem ab
huiusmodi coniugio se abstinue⸗
rit ⁊ separauerit vt dicit tex.in.d.
l.qui contra legum.in fi.¶Hec
tamen que dicta sunt de publica
tione bonorum procedunt de iu⸗
re antiquo siue de iure Codicis:
hodie vero de iure nouissimo au⸗
centicorum grauioribus afficiū⸗
tur penis isti scienter contrahen⸗
tes in gradu ꝓhibito quia nedū
bonis donatis de quibus supra
priuantur verum etiam dote mu
lier ⁊ omnib⁹ ⁊ quibuscunqꝫ alijs
bonis vndecunqꝫ quesitis ⁊ pro⸗
uenientibus vterqꝫ priuatur ⁊ in
super omni cingulo dignitatis
exuti perpetua notātur infamia
⁊ honestiores in insulam relegan
tur:viliores vero publice fustigā
tur ⁊ in exiliuꝫ mittuntur.Bona
autem ipsorum siqua legitime ꝓ
les ex illis vel altero ipsorum ex⸗
taret ex altero matrimonio ...

ex illo bona predicta omnia defe runtur ad illos quos lex a patria potestate liberauit: ita quod te-
12 neantur † ex bonis predictis ale- re parētes exules: filijs vero non extantibus succedunt nepotes/ vel alij inferiores in gradu cum eodem onere nullis autem filijs vel nepotibus aut alijs inferiori bus existētibus qui succedant bo na ipsa deferuntur fisco: et ista est lex noua et famosa in auct. de in- cest. nup. in principio translata. C. eo. tit. auct. incestas. ¶ Sed q̄ro quid si ex nuptijs huiusmodi ince stis aliqui supersunt filij nūquid succedent in bonis predictis pa- ternis aut maternis: maxime nō extantib⁹ legitimis filijs ex alio matrimonio? et videretur dicen- dum quo sic quo illis deficienti- bus tanq̄ proximioribus et ma- gis legitimis admittātur isti ad instar fratrū vterinorum qui ad- mittuntur ad successionem fra- tris defuncti deficientibus fratri bus vtrinq̧ cōiunctis vt in auct. defuncto. C. ad tertul. Jura tn̄ vo- lunt contrarium qđ isti filij tanq̄ incestuosi ꝛ ex damnato coitu ꝓ- creati paterne vł materne succes
13 sionis sint penit⁹ icapaces. † im- mo sunt indigni ꝛ incapaces ali- mentorum: ita quod a parentib⁹ proprijs alendi non sunt nec de- bēt filij vocari: vt in auct. ex com- plexu. C. eo. tit. ꝛ in corpore vnde sumitur i auct. quib. mo. nat. effi. sui. §. fi. cupiunt enim iura quod filij huiusmodi sint omnib⁹ exosi non propter se: quia ipsi nō pec- carunt sed in odium sceleris pa- rentum in perpetua egestate sor- descant ad instar filiorum rei cri minis lese maiestatis. l. quisq̧s. ꝛ

l. fi. C. ad leg. iul. maie. ꝛ c. ꝟgētis. de hereti. ꝛ diximus supra titu. j. q. iij. Hec tamen procedunt de iu- re ciuili qđ est magis rigorosum.
14 † De iure vero canonico filijs na- tis ex huiusmodi damnato coitu sunt prestanda alimenta ex mise- ricordia: ꝛ si sunt filie femine do- tantur masculis vero assignatur certa portio bonorum pro alimē- tis. c. cum haberet. et ibi Abb. de eo qui dux. in mat. quā pollu. per
15 adult. ¶ † Secūdo vero casu quā do p modū fornicationis grauiꝰ puniuntur. s. pena mortis vt est glo. not. in. l. si adulterium cuꝫ in cestu. in. j. glo. ff. de adult. q̄ dicit quod pena incestus est eadem pe na que adulterij. sed adulterij est pena mortis. l. q̄uis adulterij. C. eo. tit. in fine ideo eadeꝫ est pena incestus: qđ tamē intellige quan- do scienter coitus interuenerat.
16 † qua pena mulier punitur sicut vir. d. l. si adulteriū cuꝫ incestu. in ver. quare mulier. nec est hodie immutata hec pena: sicut pena adulterij in muliere per auct. sed hodie. C. eo. ti. ita dicit glo. in. d. l. q̄uis. in fi. ꝛ in. d. auct. sed hodie. ꝛ ibi Bar. ꝛ idem Bar. post glo. in d. l. si adulterium cum incestu. in prin. pōt etiaꝫ adduci tex. in arg. in. l. cum vir. C. eo. titu. de adult. vbi pro crimine perpetrato con- tra naturam cum masculo more sodomitico infertur pena gladij cum infamia perpetua. hoc em̄ ē crimē cōtra naturā hūane socie- tatis ꝛ turpissimi exēpli. d. c. hoc ipsum. ꝛ supradictū est merito ꝛc.
17 † sed quid si iste cōcubitus fuerit ignorāter ꝑpetratꝰ: q꞉ ignorabāt ambo talem coniunctionem san- guinis inesse. respond. si in figura

matrimonij fuit facta cōmixtio nulla pena puniuntur si statim habita scientia separantur.d.l.q contra legum.in fi.z.l.si adulterium cum incestu.§.idem Imperatores:si aūt per modum fornicatiōis cōmixtio interuenerit aut vir sciebat mulierem esse nuptaz z punitur de adulterio et incestu aut solutam z punitur de stupro z incestu criminibus.ita videtur sentire glos.in.d.l.si adulterium cuz incestu.z ibi Bart.in ver.z iō
18 pro declarāda.vbi dicit † quod punitur illud quod est i veritate nō illud quod erat in opinione. Et sic nota alium casum specialem vltra illum de quo diximꝰ supra lib.ij.q.xij.de poculo amatorio vbi quis punit ex crimine ignoranter z citra animum delinquē di cōmisso.rationē vero assignat Bar.in.d.l.si adulterium.ex quo a principio crimini incumbebat z sic rei illicite merito illiꝰ ignorātia non excusatur.l.vulgaris.§.si quis ea.ff.de furt.z.ff.de iniur.l. eum qui.§.si iniuria.Quod tamē limitādum puto nisi mulier esset aperte impudica vel meretrix publica cuius concubitus est impunibilis per iura vulgaria vide q̄ dixi infra proxima.q.in fi.

¶ Summarium.

1 ¶ Incestꝰ q̄d sit z cū q̄bꝰ psonis cōmittat et quibꝰ penis puniat.
2 Nuptias cum consanguinea contrahens quam penam incurrat.
3 Clericus incestuosus omnibꝰ sacris ordinibus priuatur.
4 Crimen incestus a laico commissum potest dupliciter cōsiderari.
5 Uxoratus affinem sue vxoris violans non potest vltra a propria vxore debitum carnis exigere.
6 Incestus in actu fornicatiōis cōmissus pena mortis de iure ciuili punitur.
7 Incestus in forma matrimonij ignorāter cōmissꝰ qualr puniat.
8 Ignorantie z lapsui etatis quandoq3 in penalibus parcitur.
9 Incestus an cum affine meretrice vel impudica cōmitti dicat:et an puniatur.

1 Tertio videndū est † de incestu proprie et stricte loquendo eo videlicet quod perpetratur cū consanguineis vel affinibus transuersalibꝰ quocūq3 gradu vel sexu cōiunctis ex dicta linea transuersali cum quibus nō licet cōtrahere matrimoniū:ois coitus cū illis psonis dicitur proprie incestꝰ vt dicit glo. in rubri.C.de incest.nupt.z.l.qui contra legum.in aut.incestas.et in aut.ex cōplexu.eo.ti.z in aut. de incest.nup.in prin.et.§.ergo non omnes.instit.de nup.c.virginibus.xxvij.q.j.et.c.j.et.ij.et per totuz tit.de eo.qui cog.consi.vxo. sue.z hec non solū intelliguntur de his personis que sunt coniuncte cognatione legali seu fm carnem verū etiam de his que cōiūcte sunt cognatiōe spirituali mediantibus baptismatis seu crismatis sacramentis cum quibus etiam stante vinculo dicte cognationis non licet contrahere matrimonium.c.j.ij.z.iij.z per totuz titulū de cogna.spiritua.z.xxx.q. iij.c.j.z.c.pitatium.et.c.non oportz cum ceteris sequentibus.Quero
2 † nunc quid si Titius cum Julia sorore germana.Emilia consobrina aut Flaminia cognata vxoris sorore rez carnalē habuerit q̄

pena puniatur vtroq3 foro. rñd.
de iure canonico in foro conscié-
tie secundum ius antiquum: cle-
rico indicta erat penitentia de-
cennalis vt tãto tpe ab ingressu
ecclesie cõmunione fideliũ ⁊ par-
ticipatione sacramentoꝝ se absti
neret post que demum purgatus
ad pristina reuerteretur. lxxxij. di
stinc. presbyter. ⁊ xxvj. q. j. deuo-
tam. Laic⁹ vero septé annis dũ-
tarat illa penitétia cruciabatur
xxxiij. q. ij. hoc ipsum verũtamen
hodie eidem septénali peniten-
tie tam clerici quam laici subij-
ciũtur. d. c. hoc ipsum. nisi essem⁹
in grauioribus ⁊ magis enormi-
bus vt qz cum matre filia mascu
lo vel brutis se turpiter cõmisce-
rent qz grauioribus penis istis
casibus cruciarent̃. d. c. hoc ipm.
3 in fine. ¶ †In foro aũt cõtétioso
de iure canonico clericus pro cri
minib⁹ predictis deponitur ab
oibus sacris ordinibus ⁊ benefi
cijs ac officijs ecclesiasticis priua
tur quia ista est pena incestus vt
no. in. c. at si clerici. §. de adulte-
rijs. ⁊ ibi glo. Abb. ⁊ ceteri scribé
tes de iudic. ratio est: qz istud est
grauius crimen adulterio. xxxij.
q. vij. adulterij malũ: sed ꝓ adul-
terio imponitur suspẽsio. c. signi-
ficauit. de adult. ergo pro isto qḋ
est mai⁹ fit depositio eo maxime
qz crimé istud incestus nõ potest
esse solũ: sed necesse est ꝙ habeat
aliud crimen annexũ stuprũ vel
adulteriũ ƒm quod mulier est nu
pta vel soluta: vt. d. l. si adulteriũ
cum incestu. ⁊ ibi glos. et Barto.
qui exprésse volunt ꝙ isto casu ra
tione adiuncti criminis infera-
tur grauior pena quã si esset vnũ
4 simplex crimé. ¶ †Laicus vero
vero aut cõmisit istud crimen in
figura matrimonij nuptijs pce-
dẽtib⁹ aut in actu fornicatiõis et
meri peccati. Pro casu aut scié-
ter cõtraxerũt ambo vel ipsoꝝ al
ter ⁊ ille qui scienter contraxit est
excõicatus nihilominus constito
de consanguinitatis vinculo sta
tim fit matrimonij separatio. c. j.
⁊. ij. ⁊ c. non debet. de ɔsan. ⁊ affi.
si vero ignoranter minus puniũ
tur arbitrio iudicis: et nihilomi-
nus sequit̃ matrimonij sepatio:
vt est ter. in. c. j. de cõsan. ⁊ affini.
5 ¶ †Scdo aũt casu principali qñ
in actu fornicationis si vir erat
cõiugatus priuatur perpetuo ne
possit amplius petere debitum
ab vxore cuius cõsanguineã vel
affinem: ipse stuprauit: patit̃ etiã
aliam penam qz omni spe coniu
gij perpetuo puatur ita quod si
decesserit ei⁹ vxor nõ poterit am-
plius cũ alia matrimoniũ cõtra-
here vt habetur in. c. j. ⁊. ij. et. c.
transmisse. de eo qui cog. con. vx.
sue. ⁊ xxxv. q. ij. si quis cũ matre.
⁊. q. iij. si vo. ⁊ c. de incestis. et hec
pena videt̃ potius adiecta in fo-
ro cõsciétie quã iudiciali in quo
alia etiã pena punit̃. qz erit excõ
municatus vt habet̃ in. c. clerici.
de exces. prela. vbi Abb. facit ma
gnũ sensũ dicédo ꝙ ille tex. est val
de not. ad hoc ꝙ iudex ecclesiasti
cus habet iurisdictioné in laicũ
delinquentem peccato carnali ⁊
ista crimina ipse appellat crimi-
na mixta ex quo sunt vtriusq3 fo
ri ⁊ vtriusq3 penis subijciuntur.
6 ¶ †De iure aũt ciuili ꝓ isto cri-
mine incestus in actu fornicatio
nis cõmisso est pena mortis. glo.
est no. ɔmuniter approbata ⁊ ibi
Bar. in. l. si adulteriũ cũ incestu.

in versi.si adulterium.ff.de adul.
ad idem est glo.in.l.inter liberas.
eo.tit.que dicit qd incestus pena
est eadem que adulterij: sed adul-
terij pena est pena capitis.l.q̃uis
in fi.C.eo.titu.ergo ꝛc. vide Bar.
in.d.l.si adulteriũ cũ incestu.ꝛ ibi
dicit ꝙ eadẽ pena pro incestu tã
masculi quã femine puniuntur:
sed est hodie immutata in mulie-
re sicut pena adulterij per aut. sꝫ
hodie.C.de adul.vt equiparatorũ
idem sit iudicium vt per Bartol.
ꝛ doc.in.l.j.ff.de lega.j.vide Bar-
to.in dicta.l.si adulterium cũ in-
cestu.in.ij.colum.ver.quero quid
releuat ꝛc. Eadem quoqꝫ pena pu
niuntur qui cum nepte ex fratre
vel sorore coitum habuerint vel
cum amita: matertera: nouerca:
socru: nuru: commatre: priuigna
cognata ꝛ similibus mulierib⁹ cõ
sanguinitate vel affinitate tã na-
turali ꝙ̃ spũali ꝯiũctis cũ quibus
oibus incestus perpetrat ꝛ eadẽ
incest⁹ pena puniuntur ꝛ mares ꝛ
femine ꝙ̃uis diuersimode: vt su-
pra proxime dictum est.d.aut. sed
hodie.ꝛ hec procedũt qd talis co-
pula interuenit i actu fornicatio-
nis nullo precedẽte matrimonio
7 vel nuptiaꝝ colore. † Si vero nu-
ptie precesserunt ꝛ talis coit⁹ fuit
factus in forma matrimonij ꝛ sciẽ
ter primo ꝛ ante oĩa ꝯstito de im-
pedimento consanguinitatis vel
affinitatis sunt adiuuicem sepa-
randi ꝛ alijs quoqꝫ penis puniun
tur. de quibus in.l.qui ꝯtra legũ.
C.de incest.nup.ꝛ in aut.eod.titu.
in princ. de quibus late diximus
8 s.eo.q.ij. † Si vero contraxerunt
ignoranter parcit illis eodẽ mõ si
erant minores tpe ꝯtracti matri-
monij: quia parcitur ignorantie
ꝛ lapsui etatis.d.l.qui contra.pro
pe finẽ. Sed nota qd ista duo ꝓ-
sunt ad euitandũ penas.d.l.qui
contra.quando incontinenti post
ꝙ̃ deuenit ad illorum notitiã im-
pedimentum predictum vel sta-
tim adueniẽte pubertate ꝛ cogno
uerint prohibitionem se adinui-
cem separauerint alĩs si adhuc ste
terint insimul non euitabunt pe-
nas.d.l.qui contra.vide tex. iun-
cta glos.in.d.l.qui contra.in fine.
vbi est casus in terminis. ¶ Secũ
do vero casu.s.quando in actu for
nicationis punitur de vero ince-
stu nec attẽditur error ille: sed fa-
ctũ quod est in veritate qd est verũ
sm Bar.in.d.l.si adulteriũ cũ in-
cestu.in.iiij.co.qñ mulier ipsa erat
9 honesta. † Si vero erat meretrix
vel aliter impudica non putarem
virum pena incestus puniri si ve-
re erat ignarus ꝛ ignorantia illa
erat probabilis ꝛ per consequẽs
excusabilis: ꝛ hoc qꝛ de iure ciui-
li accessus ꝛ illarum concubitus
est impunibilis vt.l.j.C.de cõcub.
ꝛ.l.q̃ adulterium.ꝛ ibi Bald.C.de
adul.ꝛ per Bart.in.l.verũ.in fi.ff.
de furt.ꝛ isto casu cessat ratio de q̃
supra primo mẽbro: qꝛ ibi dabat
operã rei illicite a pncipio ibi nõ.

¶ Summarium.

1 ☞ Affines cũ vna ꝛ eadẽ coeũtes
quam penam incurrant.
2 Coitus sciẽter cũ affini habitus
aliter punitur ꝙ̃ qui scienter.
3 Ignorãtia an liberet a pena i ma
teria fornicationis vel incestus.
4 Fr̃es germani vnã ꝛ eãdẽ carna
liter cognoscẽtes quã alter post-
ea ducat i vxorẽ quã penã icurrãt
5 Affinitas cõtrahitur ꝛ ex illicito
concubitu.
6 Coit⁹ cũ ea q̃ plures affines rece

plt 8z ꝫ eosdē affines incestuosus.
7 Coitus incestuosus in actu forni cario habit⁹ mortis pena punit.
8 Factū lege permittēte nō punit.
1 Quarto quero † de eo qui vnam mulierem eiusdez mulieris filiā vel duas mulieres sorores germanas inter se non autez viri coeuntis ita ecōuerso qn̄ pater ꝛ fili⁹ aut duo fratres germani idem si auus ꝛ nepos aut patru⁹ ꝛ nepos eadē muliere fornicati fuerint qua pena puniūtur. dic quod de iure canonico secundum antiqua iura.
2 † si taliscoitus fuerit scienter habit⁹ cum huiusmodi personis mulieribus ignorantibus vir nūq̄ poterit cuiq̄ mulieri matrimonio copulari ꝛ erit ꝑpetuo legitimo cōiugio priuatus: mulieres autem que hoc ignorarunt non priuabūtur alteri cōiugio copulari: si vero econtra mulieres conscie sint: vir aūt ignarus erat absq̄ maritis perpetuo maneant viro nulla cōiugij facultas admittit: si vero vtrinq̄ omnes erant conscij oēs pariformiter priuant ꝯiugio: si vero oēs ignari nemo priuat legitimis cōnubijs. tex. reperit q̄ loquitur de ignaris vtrinq̄ ꝛ sciētibus sil'r vtroq̄ mō. xxxv. q. iij. qui propinquā. de mulierib⁹ aūt ignaris ꝛ viro sciente ꝛ econtra. c. siquis cum matre ꝛ filia eadē causa ꝛ. q. ꝛ. c. si vero prime sequēti ⁋ de his
3 hēt ēt. xxxiij. q. in lectū. ⁋ † Ignorantibus vero consanguinitatez siue affinitatē iponit certa penitētia p sacerdotē illius arbitrio pro eronerationc consciētie qua peracta post annos septem volentibus matrimonialiter copulari coniugia legitima non negant: d. c. in lectum. ꝛ ibi glo. in ver. penitētiā. xxiij. q v. excōmunicatoꝝ. ꝛ. d. c. si quis cū duab⁹. xxxiij. q. ij.
4 ⁋ † Si quis aūt fornicat⁹ fuerit cū muliere quā fr̄ german⁹ ignorans factum postea duxit in vxorem eo qd̄ frater qui fornicatus fuerat prius crimen illud fr̄i celauit septē annis penitebit absq̄ cōiugio. xxxv. q. iij. si ꝯo hō.
5 ⁋ † Nota tn̄ hoc dictū ꝑpetuo qd̄ affinitas nō solū contrahit ex licito matrimoniali concubitu verū etiam per coitum fornicarium ꝛ illicitū. tex. est no. cū glo. in ver. cōcubitu. xxxv. q. iij. de incestis ꝛ. c. nec eam. vnde sequit qd̄ nulli ex cōsanguineis viri fornicātis licet contrahere matrimoniū vel aliter se carnaliter cōmiscere cū muliere illa cū qua frater aut cōsanguineus eius prius fornicatus fuerat ecōuerso ēt minime lꝫ viro fornicāti cū matre filia sorore vel alia quis ꝯsanguinea dicte mulieris cōtrahere matrimoniū vel al's se carnaliter immiscere: sed ab illarum ꝯcubitu oīno abstinere. d. c. de icestis.
6 ⁋ † Siquis autem hoc non obstante se immiscere ausus fuerit cōmittit incestum: ꝛ ille coitus dr̄ ꝑprie incestuosus ꝛ abhominabilis deo ꝛ cunctis hoibus. ita dicit text. xxxv. q. iij. nec eam quaz. ꝛ est ac si cum vera ꝛ legitima cōsanguinea siue affine muliere fornicatus esset.
7 ⁋ † Unde sequitur qd̄ pro huiusmodi incestuoso coitu habito non in figura matrimonij: sed actu fornicario est pena capitis sicut ex ꝑprio incestu. d. l. si adulteriū cum incestu. ꝙ est verū qn̄ scienter habuit coitum: sec⁹ si ignoranter. d. l. qui contra leguz.

& dixi.s.eo.tit.ij.z.iij.q.si vero in=
teruenit i figura matrimonij scie
ter:z tales coniuges subijciuntur
penis de quibus in aut.incestas.
C.de incest.nup.z in corpore vnde
sumitur eo.titu.si autem ignoran
ter non excusantur si erat mulier
honesta siue honeste vite:vt ibi dr
per Barto.latius in.d.l.si adulte
rium cum incestu. Si vero coitus
hmoi incestuosus pficeret cu dua
bus meretricib⁹ aut alijs impudi
cis mulieribus non putarem il=
lum pena mortis puniendu esse
qui hanc fornicatione fecerit sic
incestuosam: sed illud procedere
dutaxat in mulieribus honestis z
honeste viuentibus tm.l. inter li=
beras.z.l.stupru ff.de adul.§.item
lex iulia.institu.de pub.iudi.vide
que supra proxime diximus in.ij.
q.in fin.vbis.ad mulieres aut im
pudicas cum accessus z cocubit⁹
sit ipunibilis de iure ciuili.l.j.C.
de concubin.z ibi Bal.z ide Bal.
in.l.q adulteriu.ff.de adul.z.l.si
vxor.z ibi glo.ff.eo.titu.de adult.
Barto.in.l. verum.in fi.ff. de fur.
ppterea non puto ignorantes ali
qua pena saltim de iure ciuili pu
8 niendos esse:† quia qui facit lege
permittente penam non meretur.
l.graccus.C.de adul.l.nec i ea.§.
ius occidendi.ff.eo.titu.z.l.rapto
res.in princip.C.de episco.z cler.
Si vero scienter fornicat⁹ fuerit
puniendus est: sed non tam gra=
ui pena: sed alia mitiori iudicis
arbitrio aut illa de qua in.d. aut.
incestas.C.de incest.nup.z in cor=
pore vnde sumit eo. tit.sicut enim
ibi concubitus erat impunibilis
vno respectu.s.matrimonij vincu
lo:sed erat alio respectu punibi=
lis.s. respectu consanguinitatis
vel affinitatis: ita in casu nostro
coitus iste est impunibilis respe=
ctu vite impudice ipsius mulie=
ris per iura predicta punibilis
autem erit respectu sanguinis si=
ue affinitatis.

¶ Summarium.

1 Fornicationem committes
cum nouerca: socru:nuru:priui=
gna cognata: et similibus quali=
ter veniat puniendus.
2 Affines z sanguine coniuncti in
materia fornicationis equiparant.
3 Clericus cum affini coiens ince=
stum committere dicitur.
4 Laicus cu affini coiens potest du
pliciter in ca penali considerari.
5 Fornicatio potest ratione circum=
stantie pro incestu haberi.
6 Matrimonium incestuosum scie
ter z dolose contrahentes qua pe
na puniantur.

1 Quinto † quero quid si
aliquis fornicat⁹ fue=
rit cu nouerca: socru:
nuru:priuigna: cogna=
ta.s.fratris vxore vel
sorore vxoris aut cum commatre
vna seu duabus comatribus aut
earu filiabus mre ceterisqz psonis
hmoi affinitate coniuctis aut affi
nitate spuali vt habet i.c.j.z.c.su
p eo.de cogna.spu.q pena sit pu=
niedus.dic quod de iure canoni=
co fm ius antiquum in foro con=
sciëtie octo annoru pnia oneret vt
tadiu extra gremiu eccle z coio=
ne fideliu comoret z a sacris eccle
abstinedi heat necessitate.xxxij.q.
vij.siqs cu nouerca.z.xxiiij.q.ij.si
qs cu duab⁹.z.xxx.q.iiij.si pr z fi
li⁹.z.c.qs.de cogna.spu.z de con
2 san.z affi.c.j.§.inqsita.†vbi dr qd
no min⁹ debem⁹ abstinere a coiu
gio seu fornicatione affiniu quam

sanguine nostro cōiūctorū ⁊ ex ꝓ-
pria consanguinitate. ꝓ quo facit
etiaȝ. xxxv. q. iij. qualiter. ⁊. c. ⁊ hoc
quoqȝ. ⁊. c. sane. cū tribus sequēti-
bus. vbi dr qđ sicut vir iungit cō-
sanguineis prop̄ijs ita etiam iun
3 git ꝯsāguineis vxoris sue. ¶ †De
iure vo canonico in foro ꝯtentio-
so. si clericus est q̄ in hoc crimine
cecidit deponit q2 ꝑ istū coitū cō-
mittitur incestus. xxxv. q. i. quali-
ter. ⁊. d. c. ⁊ hoc quoqȝ. ⁊. d. c. j. §. in
q̄sita de ꝯsan. ⁊ affi. ⁊ alias. s. dixi-
4 mus i. q. ⁊. iij. q. ¶ †Si vo sit lai-
cus aut coitū hmōi habuit i figu
ra mrīmonij aut hūit in actu for-
nicationis si in figura matrimo-
nij aut scienter contraxit cum ea
sciēs ipedimētū cōsanguinitatis
aut affinitatis: ⁊ matrimoniū nō
valet ipso iure: sed debet omnino
separari ⁊ vir siue mulier q̄ h̄ mo
do sciēter cōtraxit ꝑpetuo priuat
ꝯiugio: si vo ꝯtraxerūt ignorāter
ambo vel alter tātū ille qui igno-
rāter ꝯtraxit nullā patit penā or
dinariā: sȝ facta separatiōe ipsiꝰ
matrimonij q̄ oino fienda est dat
sibi certa penitētia iudicio arbi-
trio. xxxv. q. iij. q̄ ꝓpiquā. ⁊. d. c. de
ꝓpinq̄s. ille vero siue illa que sciē
ter contraxit priuatur ꝑpetua spe
coniugij. d. c. si quis cū nouerca. ⁊
si quis cum duabus. xxxij. q. vij. ⁊
5 xxxiij. q. ij. ¶ †Si vero coitus iste
habitus fuit i actu fornicationis
⁊ siue scienter siue ignorater id
fecerint vtroqȝ modo puniēdi sūt
de incestu ⁊ stupro si soluta erat:
vel de incestu ⁊ adulterio si nu-
pta erat per ea que no. dixit Bar
tol. in dicta. l. si adulterium cum
incestu. ff. de adul. ⁊ diximus su-
pra proxima precedenti q. ⁊ dice-
6 mus infra. q. sequenti. ¶ †De iu-
re autem ciuili pena incestus am
bo puniuntur quando scienter cō
traxerunt matrimonium que est
pena mortis vt supra proxime di-
ximus: ⁊ habet in dicta. l. si adul-
terium cum incestu. et ibi glos. et
Bartol. ff. de adult. Si vero igno-
rāter separentur ⁊ penas euitāt
predictas dummodo cito ⁊ incon
tinenti se adinuicem separēt post
quam habuerunt scientiaȝ alias
non euitarent penas dicta. l. qui
contra legū. i fi. C. de incest. nupt.
⁊ in aut. de incest. nup. in princip.
Aut se commiscuerunt in actu for-
nicationis ⁊ isto casu non adhibe
tur aliqua distinctio an scienter
vel ignoranter se adinuicem com
miscuerint. quia isto casu non ꝓ-
dest illis ignorantia ex quo da-
bant operam a principio rei illi-
cite per ea que notāter dixit Bar-
to. in dicta. l. si adulteriuȝ cū ince-
stu. ⁊ diximꝰ supra ꝓxima. q. nō ta
men puto quod eadem pena sit
puniendus iste sicut ille qui scien-
ter: vt dicemus etiam infra. q. se-
quen. ⁊ alia sequen. ⁊ habetur in
d. c. de propinquis. ⁊. c. de incestis
xxxv. q. iij.

¶ Summarium.

1 Mulieris nupte concubituȝ obtinens quem penam incurrat.
2 Clericus adulter grauius punit q̄ȝ laicus.
3 Adulterium committens dicitur sacrilegus q2 sacramentū violat.
4 Pena adulterij qua clericus degradatur an hodie procedat.
5 Purgationem sibi iniunctam negligēs punitur pena criminis plene probati.
6 Episcopus non dispensat in criminibus maioribus.
7 Episcopꝰ potest in stupro simplici

fornicatione z silib⁹ dispensare.
8 Adulteriũ reputat inter minora crimina in materia dispẽsatoria.
9 Clericus qualr pro crimine sodomitico puniatur.
10 Pena est delicto cõmẽsurãda.
11 Minor culpa leuiorẽ pati debet vindictam.
12 Uxoratus coiẽs cum soluta an adulteriũ committat.
13 Mulier vxorata ɔmittẽs adulteriũ an viro defuncto possit ipune cũ illo cũ quo adulteriũ commisit matrimonium contrahere.

1 Sexto declarãda succedit questio † adulterij qñ qs obtinuit coitũ mulieris nupte q̃ pena puniat: dic qđ aut sumus in foro conscientie z Laicus subijcit penitẽtie septennali. Clericus vero decẽ annis penitebit.lxxxiij.dis.presbyter.xxvij.q.j. deuotaʒ.z.33.q.ij.hoc ipsum. vbi dicitur quod clerici sicut laici hodie illi septennali penitentie subijciuntur.
2 ¶ † De iure vero canonico in foro contentioso laic⁹ pro isto crimine excommunicatur. Clericus vero deponitur.habetur in.c.siquis episcop⁹.xxvij.q.prima: idem tenet glos.in.c.latori.ij.q.vij.quam sequitur ibi Archidia.z refert idem tenere Hosfre.in.c.vt clericorum.de vit.z honest.cleri.z Bern.et Laur.ibi: idẽ etiã tenet glos.in.c.siquis omnẽ.j.q.vij.que expresse dicit quod pro adulterio vel incestu est pena depositionis: idem etiam tenet Joan.de anan.in rubr.et in c.significauit.extra de adulte.Panormi. et ceteri moderni in dicto.c.vt clericorum.z in.c.peruenit.de adult.z clarius z copiosi⁹ in.c.at si clerici.de iudi.z hãc opi. dicit Joan.de anan.in dicto.c.significauit.quod tenet Joã. andr. z Joan.de imol.preceptor meus in dicto.c.vt clericorum: vbi ipse dicit ꝙ ista est communis opinio.ꝑ qua facit glos. communiter approbata in.c. maximianus.lxxxj. distinct.in quibus iuribus in effectu concluditur quod pro simplici fornicatione hodie non est pena depositionis in clericos: sed dũtaxat suspensionis: pro adulterio vero aut incestu est pena depositionis quibus superaddo textuʒ in.c.siquis sacerdos.xxx.q.prima vbi dicitur quod sacerdos ꝑ graui adulterio deponit: z ratio potest esse ista secundum quod dicit Sali.c.l.l.quamuis.la secũda.C.
3 de adult. † quia per adulterium quis videtur committere sacrilegium ex quo violat matrimoniuʒ quod est sacramentum ecclesie.c. debitum de bigam.per lesionẽ igitur istius sacramẽti committitur sacrilegiuʒ vt late diximus supra eo.titu.q.prima.z ideo lex ciuilis appellat adulterum sacrilegum alienarum nuptiaruʒ merito mãdat illum gladio puniri dicta.l. quamuis.in fine: sed credo quod dicatur improprie sacrilegiũ: maxime de iure ciuili: quia licet matrimonium sit sacramentum: tamen nulla res sacra corporaliter tangitur: deuastatur: corrũpitur aut asportatur.vt dicit Bartol.in dicta.l.diuus.ff.ad leg.iul. pecul. z habetur in.d.l.sacrilegi.in principio eodem titulo z late diximus
4 supra eo dicta.q.prima. ¶ † Sed aduerte quod ista opi.ꝙ clericus pro simplici adulterio debeat hodie deponi non videtur vera nec

iure probari:nullus enim textus
allegatus pro ista opinione pro-
bat q clericus pro simplici adul
terio deponat contra quam ar-
guo primo per textū in.c.signifi-
cauit.de adult.vbi clericꝰ qui im
putabat de adulterio contra quē
mulier ipsa q̄ passa fuerat adulte
rari deponebat ⁊ erat iam orta
infamia contra ipsum clericum
Pontifex ibi mandat iudici eccle
siastico quod dicto presbytero in-
dicat purgationem in qua si di-
ctus presbyter defecerit mandat
illū debere suspendi ⁊ non depo-
5 ni.†⁊ clarū est quod quotiescūq
aliquis deficit in purgatione sibi
iniuncta debet puniri eadē pena
qua puniri debebat crimine ple-
ne probato vt in.c.accedens.de
accusa.⁊ per Hostien.in sum.de
adult.in princi.Ergo sequitur qđ
pro isto crimine plene probato
nō debet imponi maior pena su-
spensionis.Pro qua opiniōe ad-
duco etiam textum in.c.at si cleri
ci.de iudi.in pncipio ⁊.§.de adul-
6 terijs.†vbi dicitur quod pro ho-
micidio furto ⁊ alijs maioribus
criminibus in quibus clericꝰ ve-
nit deponendus Episcopus dis-
7 pensare non potest.¶†De adul-
terio vero ⁊ alijs minoribus cri-
minibus sicut est stupruz simplex
fornicatio ⁊ similia.Episcopꝰ ad
libitum suum cum clerico peni-
tente dispensare poterit:deinde
ponitur ratio quare Episcopꝰ in
maioribꝰ criminibus in quibus
fit depositio dispēsare nō pōt nec
illos sic condemnatos ad libitū
suuz tradere curie seculari.quia
semel per sententiam illam depo
sitionis que est perpetua priua-
tio ab altaris ministerio:vt dicit
Abb.in.dicto.c.vt clericorū.⁊ in
dicto.c.at si clerici.semel functꝰ
fuit officio suo neq potest am-
plius illam reuocare seu quouis
modo moderari:vt i.l.iudex post
quam.ff.de re iudi.⁊ dicto.c.at si
clerici.§.de adulterijs.in fi.quod
non est sic in pena suspensionis
que fit ad tempus arbitrio iudi-
cis:vt dicam infra e.q.octaua.
8 ¶†Ex quo textu manifeste pro-
batur quod adulterium cōnume
ratur inter minora crimina dū di
cit ibi textus de adulterio ⁊ alijs
minoribus criminibꝰ ⁊c.ex q̄bus
verbis demonstratur equalitas
in ordine et qualitate secundum
Bald.in.l.ea quidem.C.de accu-
sat.⁊ not.in.l.nomen.in fin.ff.de
leg.iij.⁊ per Barto.in.l.cū pater.
§.dulcissimis.ff.de leg.ij.⁊ est glo.
not.in.d.c.at si clerici.§.de adul-
terijs.in ver.minora.que hoc idē
9 tenet.¶†Tertio hoc probo per
textum in dicto.c.vt clericorum.
in princi.vbi clericus pro pecca-
to commisso contra naturaz:sci-
licet per sodomiam patitur pe-
nam depositionis:quod est ma-
ximum omnium criminum que
carnaliter cōmittuntur.xxxij.q.se
ptima.c.adulterij malum.⁊.c.fla
gitia.⁊.33.q.secūda:hoc ipsuz er-
go in adulterio ⁊ alijs minoribꝰ
criminibus minor pena esset in-
ferenda:iuxta enim qualitatem
facti ⁊ personarum conditionez
iudex debet augere vel minuere
penam:vt dicit textus in dicto.c.
vt clericorū.in.ij.responso.⁊ in.c.
10 sicut dignum.de homicid.†Ra-
tio est quia pena debet cōmensu-
rari delicto vt pro paruis parua
pro maioribꝰ vero grauior pena
inferat:qđ manifeste demonstra

3 feri.¶†Examinatio tñ et tortu- ra fieri pōt ꝯ magnos latrones z ꝓditores ꝓpe cōspirātes ꝯ mul toꝝ salutē z in silib⁹ maiorib⁹ criminib⁹ quocūqꝫ tpe q̄dragesi- mali z feriato i honorem dei ēt si eēt dies pascalis nō fit aliq̄ dña dieꝝ solenniū q̄ indagādū v̄itatē ipsoꝝ maioꝝ criminū vt.l.ꝓuin- ciaꝝ.C.d feri.z ibi glo.z Bar.dic ergo sic aut querim⁹ de examina tione z inq̄sitione v̄itatis.z tunc aut sumus in maiorib⁹ z atrocio rib⁹criminib⁹:z ista fieri pōt q̄cū qꝫ die ēt feriato i honorē dei z pa scali.d.l.ꝓuinciaruz.aut de alijs minorib⁹ z illa fieri pōt silr q̄cū- qꝫ die ēt feriata dūmō non sit de maiorib⁹ dieb⁹ solēnib⁹:vt p gl. z bal.in.d.l.ꝓuinciarum.et.d.l. custodias:aut q̄rim⁹ de cause de-
4 cisiōe† z tūc aut sum⁹ in materia ꝯdēnationis:z ista snīa ferri non pōt tpe feriaꝝ ēt q̄ sint ferie mes- siū vl vindemiaꝝ.sz ꝯstito de cri- mine snīa z pene executio dz dif- ferri i tps iuridicū:iste ē ꝓpē cas⁹ i.d.l.custodias.de pu.iud.i fi.aut sum⁹ i absolutiōe inocētis z isto casu pōt ferri snīa q̄cūqꝫ die feria ta exceptꝫ ferijs itroductꝫ i hono rē di.d.l.custodias z ibi gl.z bar.

¶Summarium.

1 ☞ Suspect⁹ de homicidio nul la accedēte ꝓbatiōe vel cōfessiōe ēt sequēte tortura absoluēd⁹ est.
2 Purgatio indicioꝝ alicuius ma leficij d: q̄dā snīa absolutoria.
3 Sententia absolutoria differt a sententia liberatoria.
4 Purgatus per torturā an nouis indicijs superuenientibus pote- rit iteꝝ torq̄ri z iudicialr agitari
5 Innocēs quis dicatur:z an inno cens et culpabilis sint idem.

1 Secundo q̄ro † solonē hui⁹ memorabilis qd nis q̄ sepi⁹ i facto ac- cidit tici⁹ repitur in- q̄sit⁹ d homicidio qd semiproniū de nocte occiderat: deinde examinat⁹ negauit.sz q: indicia ꝯ ipm aderāt vrgēter iu- dex deuenit ad rigorosuz examē q̄ i tormētis silr i eadē negatiua ꝑseuerāter isstit adeo qd iudex ꝯsiderās illū fuisse satis ꝯpetēter tortū sz q̄litatē idicioꝝ ex tormē tis illū deponi fecit putās p illaz torturā purgasse indicia q̄ ꝯtra ipz militabāt:modo re⁹ ipse isstat ꝓ absolutoria z liberatiōe a car- ceribus q̄rit q̄d agēdū sit:q̄dā di xerūt qd oino vt inocēs absoluē- dus erit z a carcerib⁹ liberādus ex quo nō fuit rept⁹ culpabilis.q̄ dā vero dixerūt nullaten⁹ absol- uēdū fore nisi exp̄sse ꝯstiterit ipm eē vere inoxiū:q: nemo dici pōt innocēs nisi qñ exp̄sse ꝯstat de in- nocētia sua qd ē qñ rept⁹ est ver⁹ reus criminis:nō dic aut plene ꝯstat de homicidio:z de v̄o homi cida q̄ ē ali⁹ q̄ ipse tici⁹:z isto ca- su si ꝯstat iudici qd tici⁹ nō occi- dit ipse nec fuit criminis ꝑticeps tūc vt verus innocēs debebit dif- finitiue absolui ex quo plene cō- stat de eius innocentia.z ita in- telligitur text.in.l.j.z fi.C.de cust. reo.z.l.j.§.fi.ff.de questi.z.l.custo dias.z ibi Bar.ff.de pub.iud.aut

consiat de

constat de delicto non tamen de psona delinquentis q fuerit ali⁹ q ticius: z tunc non poterit dict⁹ tici⁹ vt innocēs diffinitiue absolui ex quo nihil pbauit de innocētia sua: sed ppter torturā quā substinuit in corpore dz purgasse indicia que contra ipsum erāt: z ideo isto casu debebit absolui ab inqsitiōe z pcessu: qz nō fuit rept⁹ culpabilis. † Et ista ē vera forma absolutiōis qn icarcerat⁹ purgauit indicia z nōdū rept⁹ est ver⁹ reus quā ponit Bar. in. l. fi. in. pn. ff. de qōn. z hec dz quedā sentētia absolutoria ab obseruatiōe iudicij vt habet i. l. pperādū. §. z siqdē. C. de iudi. z ibi gl. z Bar. z moderni. Et p istā absolutoriā obtinebit liberatōnē a carcerib⁹ iuxta terminos. l. fi. ff. de req. reis. z. l. fi. C. de cust. reo. ¶ † Et nota qd iter istas duas absolutiones est maxima dria: qz qn cōstat vere de innocentia ipsi⁹ ticij quod est quādo reperitur verus homicida vt. s. dixi absoluit diffinitiue ab ipso crimine z a tota causa vt verus innocēs: z isto casu nullus poterit amplius de obiecto crimine iquirere seu alio quouis modo contra ipsum. d. l. fin. C. de custo. reo. qz obstat curie exceptio innocentie z rei iudicate vt. l. ij. C. de except. rei iudic. z. l. j. C. qn prouo. nō est neces. z. l. si cui. §. hisdem. ff. de accus. z qd ibi not. Bar. i. l. si q adulteri. C. de adult. z ibi Bal. z Sali. arg. l. sicut. §. hisdem. ff. de accusa. z ibi per notabilem doctrinam Barto. idem tenet Bal. i. l. si q adulteri. sup glo. fi. C. de adul.

4 ¶ † Secūdo vero casu quando purgauit indicia per torturā ista absolutoria nō obstabit quominus possit contra ipm absolutuz de nouo pcedi si noua idicia supuenerint: z sic ista absolutoria nō parit exceptionē perēptoriā rei iudicate sicut precedēs ad crimē vel ad iudiciū sup eodē crimine. ita tz not. Bald. z Sali. in. d. l. si q adulteri. secuti doctrinam glo. ibi quaz dnt oēs docere. vbi Sali. spūaliter formauit hāc. q. post gl. ibi z dat saluberrimū ɔsiliū iudici i istis casib⁹ dicēs qd vtile est nō absoluere reū diffinitiue vt innocētē qn iudex est dubius: z hoc pōt facere iudex vt ipse dicit ex iusta causa: puta si hz reū accusatū vel inqsitum in manib⁹ z hz sufficientia indicia ɔtra euz q pluries tort⁹ nō fuit ɔfessus iudex poterit si instaret pro absolutoria illum absoluere a processu vel ab obseruatione iudicij vt supra. z isto casu dicit ipse q iudex pōt accusationis abolutionē facere nō aūt ipsuz absoluere diffinitiue a crimine: vide ipsuz ibi q dicit ēt q ista faciūt ad qōnē quā ipse disputauit z declarauit in. l. si qs. C. ad leg. iu. maie. z hāc opinionē tenuit etiam Pet. de bellaperti. ibi nemine contradicente. vide Barto. in. l. j. in princip. ff. de questio. z supra dixim⁹. quod refert z sequitur Ange. de aret. in tracta. mal. in gl. fama pub. in fi. z Par. de put. in tra. sind. in. c. viso de repetitione torture. i fi. fol. cxxv. qui tamen moderni melius declarāt verba Bar. in. d. l. fi. dicētes quod illa absolutoria nō erit absolutoria diffinitiue a crimine fz terminos. d. l. sicut. § hisdem. z. l. absentem. ff. de pen. sed erit diffinitiua respectu abolutiōis pcessus z inquisitionis inde facte: vnde non impeditur qd supuenientib⁹ no-

nis indicijs noua possit formari accusatio vel inquisitio contra eundē reū p doctrinā glo. Bald. et Sali. supra relatā. et ppterea bene dixit Bar. in. d. l. fi. ff. de questio. non re
5 pertā culpabilē absoluebā† et nō dixit innocētem. quia hoc verbū innocēs psupponit et denotat oīmodā immunitatē et carentiā criminis et doli. d. l. absentem. et Bal. in d. l. si qui adulteri. quāuis nō desint qui subtilizandi in via disputatiua tenere velint idē denotari per verbū innocēs quod p verbū nō culpabilis: tn̄ in hoc vlterius nō insisto: postq̄ habem⁹ opinionem clarā q̄ seruāda est in decisionib⁹ causarum et a qua nullatenus est recedendū: vt dicit Bar. in. l. ij. C. de pena iudi. qui male iudic. et Bal. etiam ibi dicit quod in iudicando nunq̄ recedendū est a carrocio prudentum maxime glo.

¶ Summarium.

1 Testes familiares et domestici et quicunq̄ sunt in causa innocentie probande admittendi.

2 Testis nullo me 'o examinādus nullam facit probationem immo nec indicium.

3 Innocentia probatur per testes etiam de iure alias non admittendos.

4 Reus vel innocens quibuscunq̄ defensionibus vti permittitur.

5 Testes domestici preferuntur ceteris in rebus domi gestis.

1 Tertio quero† an in causis criminalib⁹ quando agitur de probando innocentiam accusati vel inquisiti admittātur testes domestici et familiares: et alij qui alias de iure non solent addmitti pro cuius faciliori notitia figurabo casum. Ticius reperitur inquisit⁹ de homicidio de nocte perpetrato vult probare innocentiam per negatiuā ab impossibili coarctato loco et tempore dicendo q̄ illa nocte eademmet hora et momento quibus Sempronius fuit occisus ipse erat in domo sua vna cū vxore filijs et alijs familiarib⁹ suis adeo quod erat impossibile quod corpus naturale posset esse in duob⁹ locis diuersis eodem temporis momēto: vel si vellet probare quod illamet hora noctis ipse iacebat in lecto cū vxore sua nunquid hanc distātiā a crimine et existentiam in domo sua poterit probare per consanguineos aut vxorem et per testes familiares. et videtur dicendum quod non: quia testes huiusmodi non dicūtur legitimi testes nec legitimam probationem faciunt contra quos plures dantur exceptiones adeo q̄ nedum in criminalibus vbi luce clariores requiruntur probationes. l. sciant cuncti. C. de probat. c. cū oporteat. de accusa. v. q. vj. epiphanium. et est glos. in. c. veniens. de testi. verum etiam in causis ciuilibus nō admittuntur nec fidem faciunt. vt habetur in. c. in literis. de testib. et not. Specul. in tit. de teste. in pn. §. opponitur. versic. item quod est parens. et Bartol. in. l. j. §. diuus. el primo et §. antoninus. ff. de questio. et. l. maritus. in princ. eo. titu. vbi dicit quod testis qui non debuit examinari propter reuerentiam vt sunt filij famuli et illi in
2 quibus habemus imperiū† non solum plene probāt: sed nec semiplene immo nec faciunt indiciū

etiam cũ tortura. vt dicit. d. Hip-
pol. de marsi. in. l. j. §. questioné.
in princip. ff. de questio. in contra
rium tamen est veritas. q: † quo-
tiescunqȝ tractatur de probando
innocentiam admittuntur testes
qui alias de iure non admitteren
tur presertim quando aliorum te
stium copia haberi non potest vel
quãdo veritas aliter probari nõ
potest: ita singulariter voluit Jo.
de anan. in consi. lii. quod incipit
visa inquisitione ꝛc. in. j. colum.
Hippoly. marsi. in singu. suis nu-
me. lir. quod incipit innocentib⁹
Specu. in titu. de inquisitione. §.
j. in. v. col. ver. sed nunquid. ꝛ ver.
generaliter. vbi dicit quod reus
potest poponere eas excusatio-
nes quas habet ꝛ ꝓbare innocé-
tiam suam per domesticos ꝛ cõcu
bicularios suos secundum quod
tenuit Hostien. in sum. ver. sed qua
liter argu. te. xy. q. j. sint manife-
ste. ꝛ c. sequen. ii. q. vii. cum pasto-
ris. ꝛ in. c. venens. de testi. ꝛ not.
Barto. in. l. quoties. C. de naufra.
lib. xj. † vbi dicit quod de his que
domi geruntur non solum dome-
stici admittuntur ad testimoniũ:
verumetiam de istis tanqȝ meli⁹
informati ceteris preferũtur: ma
xime quando essent persone ho-
neste ꝛ fidedigne et probate opi-
nionis vt. d. c. in literis. de testib. ꝛ
in. l. ꝯsensu. ꝛ ibi Ba. C. de repud.
ꝛ vide latius. d. Hippo. de marsi.
i. d. l. j. § ad questioné. ff. de quest.
vbi latius tradit istam materiaȝ
ꝛ dicit hanc esse puram veritateȝ
ab omnibus doct. approbatam.
¶ Hec tamen limita ꝛ declara ꝓ
cedere posse quãdo inquisit⁹ esset
bone conditionis ꝛ fame nec so-
lit⁹ in sanguine immisceri veure
de nocte alias si esset vir factio-
sus sanguinolentus vel qȝ preces
serant graues inimicitie inter ip-
sum ꝛ occisũ: ꝛ qȝ erat solitus ire
de nocte sepius armatus: vel si
fuisset visus illa nocte exire de do
mo armatus ꝛ ambulare per vr-
bem vel ante domum illius occi-
si ꝛ similia indicia ꝛ qualitates
que sunt proxima facto ꝛ reddũt
illum valde suspectum de isto cri
mine: vel si fuisset repertus eius
gladius sanguinolentus de recé-
ti: vel si in loco homicidij fuisset
repertum de mane birretum scuf
fia calciamentum chiroteca vel
quid simile ex bonis vel arma q̃-
daȝ sicut gladius pugio pars cli-
pei siue rotellini aut aliud simile
quod redderet illum valde suspe
ctum non crederé isto casu quod
testes ꝑnominati facerét plenam
fidé de illius innocétia: q: illorũ
depositiones eliduntur siue debi
litãtur ꝑ supra scripta indicia ni-
si forsan illa purgasset ꝑ torturã:
vt supra dixim⁹ in ꝑcedéti. q. ꝛ ita
teneo ꝑ doctrinã Bar. in. l. fi. i. ij.
co. ff. de quest. vide Ang. de are. in
suo trac. mal. in glo. fama publi-
ca. in. iii. col. ꝛ Par. de pu. in trac.
sind. in. c. aduertédum ꝛ. l. nõ oés.
§. a barbaris. ff. de re milita. ꝛ qđ
ibi not. Bar. cui ꝯclusioni non ob
stant ea que supra in cõtrarium
adducta fuerunt: quia loquũtur
in materia penali: ꝯdénationis
quando agitur de ꝓbãdo crimi-
ne ad effectũ ꝯdénationis ꝛ pene
q̃ sunt magis odiose: ꝛ iõ illis ca-
sibus probationes requiruntur
luce clariores. d. l. fi. ꝛ. c. epipha-
nium. ꝛ c. cum oporteat. nos au-
té loqmur in materia innocétie ꝛ
absolutiõis q̃ est fauorabilis. d. l.

absentez.ff.de pen.z.c.qualiter z 2 qñ.de accu.z.c.veniens.de testib.

Summarium.

1 Incarceratus et innocenter tortus z damnificatus an z qđ remedium habeat restitutionis.

1 QUarto quero † quid si incarceratus criminis delati innocens demũ repertus est de cuius innocẽtia plene 𝔷stat iudici nihilominꝰ passus fuit maxima dãna in corpore z in bonis:qꝛ habuit torturã z carcerationẽ satis longã adeo qđ fecit magnas expensas tã in captura quã icarceratiõe p̃dicta an habebit aliquod remediũ ad recuperãdũ dãna z expẽsas hmõi z cõtra quẽ:de hoc dicetur.j.eo.lib.in ti. de expen.dã.z interes.

Summarium.

1 Uno solo a pluribus armatis aggresso z ab vno tantum occiso an ille solus punietur.

2 Pena suũ tãtũ ꝓsequi dꝫ autorẽ.

3 Homicidium in multorũ presentia z comitatu commissum diuersimode in materia penali z respectu astantium consideratur.

4 Jura municipalia regulariter puniunt factum.

5 Animus occidẽdi an z quo casu presumatur.

1 QUinto quero † quid si Gaius Sempronius z Meuius ensibus armati aggressi fuerunt Ticium solũ q̃ ab ipso Gaio vnico vulnere iterfectus est an ceteri duo ab isto homicidio vt inocẽtes poterũt absolui ex q̃ cõstat p vnũ tantum.s.gaium homicidium ipsum fuisse commissum.z videtur dicendũ quod sic: 2 †qꝛ pena suũ tãtũ ꝓsequitꝛ autorẽ q̃ facinꝰ ipsum patrauit.l.sancimus.C.de pen.nec vlteriꝰ ꝑgrediatꝛ metꝰ q̃ꝫ reperiatꝛ delictũ.z.l. fi.C.de epiico.audi.vbi dꝛ.homicida qđ fecit semp expectet:ſꝫ illi q̃ gladio non feriere gladio perire nõ debẽt.vt habetꝛ Math.xxvj.z Jo.xviij.c.z.xxiij.q.viij.in p̃n.nec debent propterea amici ꝫanguinei affines z socij z q̃ fuere inorij alterius crimine lnere penas.d. l.sancimus.distigue aut loq̃mur de pena corporali que infertur i personaꝫ:aut de pena ,relegetionis vel pecuniaria vel alia simili primo casu aut homicidiũ.uit cõmissum in rixa vel quadam repẽtina z inopinata violentia z aggressu aut sciẽter z aprensate cõicato cõsilio z deliberatione p̃habita. 3 † P̃rio casu vꝫ qñ loquimur de pena corporali aut homicidium fuit cõmissum in rixa inopinato rumore:z tũc aut loquimur de iure cõi fm terminos legis cornelie de sicariis z non tenetur de homicidio nisi ille qui pcussit:ceteri vero vt innocentes ab homicidio z a pena corporali erũt absoluẽdi vt.l.j.§ duꝰ.z.l.si in rixa. z ibi Barto.ff.ad leg.cor.de sica.z rõ est:qꝛ isto casu iura non presumunt alios habuisse aim occidẽdi.d.l.si in rixa.in prin.si vero ꝓbaretꝛ q̃ oẽs pariter hẽbãt aium occidendi:z eo aio insulterũt dictũ Ticium oẽs pariter tenẽtur de homicedio:ſꝫ vnus tãtũ pcusserit:qꝛ in ea lege nõ factum ipm consummatuꝫ:sed aius principaliter cõideratur:ita dicit Barto. d.l.j.§ oiuꝰ.z.l.si in rixa .z.l.in lege cornelia.ff.ad leg.cor.de sica.z l.is qui cum telo.C.eo.titu.vbi si

aliquis cum telo armatus ambu
lauerit aio aliquē interficiendi lꝫ
ipm non occiderit necꝫ tetigerit
nihilominꝰ pena illius legis te-
netur. ¶ †Aut loquimur secūdū
iura municipalia q̄ regulariter
puniūt factū:qꝛ regulariter im-
ponunt penā illi q̄ cōmiserit ho-
micidium: ꝛ tunc ista pena corpo 1
rali non punit̄ nisi ille qui re ipsa
homicidiū ꝑpetrauerit argu.l.ij.
ff.ad leg.aquil.in qua lege equi- 2
lia principaliter ꝯsideratur ꝛ pu-
nit̄ factū.s.qui occiderit ꝛc.vide
Bar.in.d.§.diuus.ꝛ in.d.l.si in ri
xa.in prin. ¶ †Secūdo aūt casu 3
ꝑncipali qn̄ aio deliberato ꝛ cōi-
cato consilio aut loquimur de iu- 4
re cōi ſm terminos.d.l.cornelie
ꝛ oēs tenent̄:qꝛ oēs dicūt̄ habuis
se aium occidendi.vt est glo.not. 5
ꝛ ibi Bar.ꝛ doc.in.d.l.si in rixa.in
princ.ꝛ Cyn.ꝛ Bal.in.d.l.is qui
cum telo. ¶ Aut loquimur de iu- 7
re municipali ſm statuta locorū
ꝛ non tenetur nisi qui occiderit ꝛ 1
realiter percusserit:rō qꝛ statuta
ipsa puniūt factū ꝛ non solū aiuꝫ
ꝛ sic potius attenditur factū quā
aius ꝙ ius ex facto solo sine dolo
ꝛ aio occidendi nō infertur pena
corporalis in tantum quod lata
culpa isto casu non equiparatur
dolo:vt est ter.in.d.l.in lege corne
lia.ꝛ per cōsequēs ceteri q̄ nō per
cusserunt a pena corporali erunt
absoluēdi:sed tenetur de auxilio
ꝛ fauore minori pena.vt ibi per
eum.idē etiā tenet Bal.in.l.non
ideo minus.in penult.col.in ver.
iuxta hoc q̄ro.C.de accusa.vbi di 2
cit ꝙ qn̄ plures sunt simul.in eo-
dē loco cōgregati ꝛ contra vnuꝫ
quem occiderunt aut vulneraue-
runt vnusquisꝗ tenetur de eo qd̄
fecit:non autē de eo quod alij fe
cerūt:licet nisi factum magis di
stincte probaret̄ quomodo ꝛ qua
liter vnus impendisset auxiliū al
teri:ꝛ hoc est quādo facta sunt di
stincta non cumulata ꝛ clare pro
bant̄ vt.l.ij.§.siqs.ff.vi bo.rapto.

¶ Summarium.

Pluribus de homicidio su
spectis nec quis actum fecerit sci
ri potest an omnes cōdēnabunt̄.
Occisus ictu lapidis ex domo ali
cuius proiecti nec ꝯstat de ꝓiciē
te an omnes tūc domi existentes
punientur.
Probatio in cā penali debet esse
clarissima.
Uulneratꝰ a pluribꝰ si vniꝰ ictu
moriatur an solum ab illo dica-
tur occisus.
Duobus se simul ꝛ semel insultā
tibus an in altero illorum presu-
matur suspitius defensio.
Innocentia non presumitur in
clerico male conuersatiente.

Sexto q̄ro † ꝓsequēdo
materiā q̄ñ non ap-
paret ꝛ iudici cōstare
nō pōt cuiꝰ ictu ꝛ vul-
nere titiꝰ interēptꝰ sit
retētis eisdē terminis.s.qd̄ titiꝰ
vnico tm̄ vulnere ꝑcussus ꝛ iterē-
ptus fuerit an oēs sint cōdēnādi
de homicidio vel oēs ꝓp hāc du-
bietatē absoluēdi.dic breuiter ꝙ
si est tāta dubietas qd̄ nullo mō
ꝯstare pōt de vero ꝑcussore potiꝰ
oēs erūt absoluēdi ꝙ oēs vel vnꝰ
eoꝝ cōdēnādꝰ:ita tenet elegāter.
d.Spec.i ti.de homici.l.ij.co.ver.
† Pone qd̄ q̄tuor:vbi dicit ꝙ si q̄
tuor erāt in vna domo ꝛ vnus ꝓ
iecit lapidē ex fenestra ꝛ pretereū
tē occidit si cōstat qd̄ vnꝰ ex illis
quatuor proiecit lapidem tamen

nullo modo constare pôt quis il lorum proiecerit non erunt oês cõdemnandi pena capitis:qr cer tum est q vnus tantum proie cit:ergo tres sunt innocentes nec debent vni⁹ delicto ceteri inno centes puniri per.l.sancim⁹.C.de
3 pen.z.l.absenté.ff.eo.tit.qr tunc non deficit ius sed probatio vt.l. duo sunt ticii.ff.de testa.tutel.que quidem probatio debet esse luce clarior in causis criminalibus z maxime in his in quibus tractat de pena corporali.l.sciant cuncti. C.de proba.ij.q.viij.sciant.hoc ta men limitandum est nisi oês illi quatuor studiose z cõicato consi lio accessissent ad illã domum in eaq ingressi fuissent eo aio z inté tione vt dcm̃ ticiũ trãseunté lapi de interficerẽt:qr isto casu oês pa riter ɔdẽnãdi erũt pena capitis ille qui proiecit ex facto proprio ceteri vero de mandato tenent: ita dicit Spec.in.d.tit.de homic.
4 ver.pone.¶ †Posset etiã hic inse ri alia qõ qd si plures isti percus serunt ticiũ z intulerunt sibi plu ra vulnera q post aliqd tps repi tur mortu⁹ z nescitur ex quo vul nere.quia habebat plura vulne ra letalia in persona sua z a pluri bus aggressorib⁹ illata aut scitur ex quo vulnere perijt tñ nescitur a quo vuln⁹ ipm fuerit illatum. z quid si habebat vnicũ vuln⁹ le tale cetera vero duo vel tria mi nora nõ letalia z a plurib⁹ illata z mortuus fuerit:an oês teneant de homicidio quasi oês occideret vel null⁹ rõne dubietatis.de oib⁹ his vide Bart.in.d.l.si in rixa.in ij.z iij.col.que hic non insero bre uitatis causa quia sunt notissi
5 ma.†Et quid si duo adinuicez se insultarũt z eodẽ tpe z quasi mo mento admenãtes adinuicẽ eus ginatis ensibus vnus venit occi sus ab altero:supstes vero qui oc cidit dicit se defendendo illud fe cisse ad sui defensionẽ:z probari nõ pôt quis primo z quis secũdo insultauerit an rõne istius dubie tatis ille occidens debeat absol ui:vide Bar.i.l.j §.cũ arietes.ff. si quadru.pauper.fe.dica.z ibi la te p.d.Alex.in apostil.nunquid in dubio presumendũ sit illuz fecisse ad sui defensionẽ vel ad offensaz qui prius inceperit.¶ Que autẽ diximus supra de eo qui plurib⁹ vulneribus confossus mortu⁹ est z apparere non pôt cui⁹ ictu pe rierit rõe dubietatis nemo puni tur pena homicidij:illud est verũ de iure ciuili qñ agitur de pena corporali:qr tũc necesse est quod adsit dolus z luce clarius pbet. l.in lege cornelia.ff.de sicar.z.l.fi.
6 C.de pbat.¶ †De iure aũt cano nico secus esset:qr in dubio cleri cus potius cẽsetur irregularis q̃ innocens z ppea debebit se absti nere a diuinis lz clare perpẽdi nõ possit an ictu clerici vl' alteri⁹ ille pierit vt est tex.i.c.significauit.de homic.z ibi Abb.Joan.de imo.z alij canoniste.rõ est qr illud fit fa uore aie z nullum corpori detri mentũ infertur abstinendo:sed se imiscẽdo posset eẽ periculũ vt ibi dicitur:vide ẽt Bar.in.l.si ex pla gis §.j.ff.ad leg.aquil.Bald.z Jmol.in.l.cũ mulier.ff.solu.mat. z in.d.l.semel mora.eo.ti.

¶ Summarium.

☞ Consanguinei vel amici ho micide post commissum homici diũ ipsuz in locũ tutũ deducẽtes an censeant criminis participes.

2 Associans maleficū in recessu an videatur associasse in accessu.

Septimo & vltimo silentio nō pretermittam hāc vltimā q. in hac materia que sepi⁹ cōtingit in facto † quod si plures armati cōsanguinei vel amici ipsius homicide statim cōpleto homicidio in loco commissi criminis comparuerūt ipsumq3 homicidam associarūt & reduxerunt ad locū tutum ipsum defendendo a manibus inimicoꝝ & curie an vt pticipes & ɔscij criminis & auxiliatores sint ɔdēnādi: & silr an p̄sumēdū sit ꝙ fuerint cōscij a principio de homicidio ppetrādo & qd cōicato prius ɔsilio illud fieri mādauerint & vo studiose ꝓcul steterit noluerūt se discooperire nisi post factū an teneāt de homicidio pena capitis vel alia pena & q̄. rnd. qd aut isti associātes a p̄ncipio cōicato ɔsilio cū ipo homicida venerūt eo aio & ad illū effectū vt occultarēt se ꝓpe locum criminis & expectarēt ibi donec ꝑficeret & casu quo oporteret assisterēt & tūc tenerēt vt socij vel de auxilio aut casualr trāseūtes p illū locū iuenerūt eoꝝ ɔsanguineū occidisse ticiū: idē est si post factū audito rumore occurrerūt eoꝝ agnatū: q2 nō p̄sumit a p̄ncipio illos fuisse ɔscios & nō tenēt ꝓut in slr decidit Spe. i ti. de homic. §. pone qd q̄tuor hoies &c. ita dt Sali. i. l. vnica. i. iiij. col. §. ex. vj. pte & v. col. §. ex nūc trāseam⁹. C. de raptu virg.
2 † & Bald. in. l. non ideo mīn⁹. C. de accu. in. viij. col. in §. si. q̄ro an associās &c. vbi meli⁹ declarat istū articulū & q̄rit an ille q̄ associat ad recessu3 videat associasse ad maleficiū cōmittendum ita ꝙ puniri possit vt auxiliator & dicit ꝙ aut quis associauit ante scīm & nulli dubiū est ꝙ tenet: aut post factū: & tunc aut immediate facto maleficio illi apparuerunt & associarūt malefactorē siue homicidam: & tunc certu3 indicium est cōtra ipsos ꝙ fuerint dicti maleficij cōscij & participes: & vt auxiliatores tenētur. ita dicit Bal. ibi qui allegat tex. in. l. si vētri. §. fi. ff. de priui. credi. & ita dicit qd 13 Alber. ibi & Cy. i. l. j. C. de nili agge. nō rūp. Aut associarūt ex interuallo & nō poterunt puniri vt socij de auxilio quod opem prestiterint maleficio: sed poterunt puniri quēadmodū punit receptator. ita dicit ipse qui dicit ꝙ Alberi. & alij doc. hoc idem tenent. qua pena teneātur receptatores videri pōt i toto tit. ff. & C. de receptato.

¶ De penaꝝ cōpositionibus.

¶ Summarium.

1 Cōpositio quid in actu iudiciali dicatur.
2 Persona rōnalis dz triplicē qualitatē essentialē cōtinere.
3 Cōpositio in mā penarū q̄d sit.
4 Compositio in penalibus dupliciter consideratur.
5 Cōpositio debet de ptiū cōsensu fieri alias extortio dicitur.
6 Ecclesia debet sanguinem abhorrere.
7 Cōpositiones penales non fiunt absq3 causa rationabili.
8 Cōpositio in actu penali plura presupponit consideranda.
9 Cōpositio non admittitur in criminibus atrocibus.
10 Venie facilitas incentiuum tribuit delinquēdi.
11 Compositio non fit faciliter post

latam sententiam.

12 Pecunia in cõpositiõe imposita venit fisco applicanda.

13 Compositio succedit loco pene.

14 Compositio in materia penali an etiam famam deleat.

15 Corrũpens ptẽ pecunia vel alr vt illã decipiat nõ euitat īfamiã.

16 Uerba ista ad effectum redimendi vexationes ꝛc. inducunt processus ꝛ litis extinctionem.

Sequitur nunc declaranda alia species relaxationis que fit per cõpositioné pene factã cum fisco aut cum curia. Et hec est prima que fit lite
1 pẽdẽte: vt supra dixim⁹. ¶ † Primo enim quero quia sit compositio vt precedentium ordo seruetur? Respond. sumendo hoc verbum cõpositio simpliciter ꝛ generaliter. Compositio est plurium simpliciuꝫ commixtio partis ad partes q̃ cadit tam in rebus sensatis ꝛ intellectualibus q̄ī insensatis ꝛ materialibus: vt est glos. not. in. c. j. de sum. trini. i ver. simplex. que dicit qd in diuina essentia triplex figuratur persona sub eadem tñ substãtia ꝛ subiecto eo-
2 dem modo. † in qualibet aĩa rationali ꝛ in vna essentia naturali siue substantia spirituali triplex reperit qualitas essentialis. s. intellect⁹ rõ ꝛ memoria. intellect⁹ eñ est qui cõparat patri: rõ idest sapientia que comparatur filio ꝛ memoria q̃ cõparatur spũi sctõ: de his tñ vlterius non me intromitto: qꝛ non faciũt ad materiaꝫ nostrã: hec modica dixisse volui p aliquali notitia isti⁹ verbi. vide glo. ibi: ꝛ latius. d. Feli. in. c. no-
3 ui. in. ij. col. de iudi. ¶ † Redeũdo ad materiã nr̃am q̄ro quid est cõpositio in istis terminis? Respõd. Cõpositio est ꝯuentio q̃ã p reũ cũ p̄side facta ex cã lite pẽdẽte de dubio crimis statu de soluẽdo fisco certã pecuniaꝝ summã ad effectum redimẽdi vexatiões litis: vt pbatur in. l. ab accusatione. l. desitit. ꝛ. l. sequẽ. ff. ad senat. con. turpil. ꝛ in auꝭ. de defenso. ciuita. §. quia vero. ꝛ. c. fi. de transac. vbi
4 est tex. no. ¶ † Et anteq̄ ad vlteriora pceda notã qd in hac mã due sunt species compositionum vna est q̃ fit cum fisco vel Preside que cõcernit interesse reipub. Altera vero est que fit cũ parte offensa que dicitur priuata ex quo concernit interesse priuatõ. l. transigere. C. de transac. ꝛ. d. c. fi. eo. tit. Examinemus modo singula verba dicte ꝯpositionis publice que fit cum Preside vel fisco. Dicitur enim primo qd est conuẽtio que-
5 dã ꝛc. † naꝫ compositio ista fiẽda est de concordia ꝛ cõi ꝯsensu alias si violẽter fieret diceretur potius extorsio quedam illicita. l. j. C. si p vim vel alio mod. l. extat. ff. qd met. cau. ꝛ. l. j. ꝛ. iij. ꝛ. l. lex iulia de repetũdis. ff. ad leg. iul. repetũd. ꝛ ideo iudex vel alius magistratus teneretur in sindicatu ad restitutioné pti. d. l. j. ꝛ. l. lex iulia. et l. extat. Quis enim compositiões iste sepi⁹ fieri ꝯsueuerunt p iudices ecclesiasticos etiam vbi de crimine plene cõstat: maxime in criminibus capitalibus ꝛ in quib⁹ veniret imponenda pena sanguinis: ꝛ que ꝯmutat in pecuniaria pena. xvij. q. iiij. si quis diacon⁹. ꝛ
6 c. sequen. ꝛ hoc est quia † ecclesia abhorret sanguinem. c. sniaꝫ sanguinis. ne. cleri. vel mona. et. c. in

archiepiscopatu.de rapto.lj.dist. c.j.z de excel.plat.c.ex lris.l.dist. si quis viduam.vide Abba.et.d. Joan.de imol.in.d.c.sniam sanguinis.z in c.sicut dignum.de homicid.z per Arch.in.d.c.si quis diaconus.xvij.q.iiij.z propterea iudices ecclesiastici sunt faciliores in cōponēdo z cōmutādo penas quā in rigorosa sanguinis effusione per iura predicta:sed ista nō dicit pprie cōpositio sed poti9 dispensatio z cōmutatio pene. vide Ab.in.d.c.sicut.z.c sniam.Itē dicitur conuentio facta cū Preside ad differētiā illius que fit cū parte aduersa:nā illa proprie appellat transactio.l.transigere.C. de trāsac.l.fallaciter.z.l.fin.C.de abolit.l.destitisti.et.l.ab accusa-
7 tiōe.ff.ad senat.c.ō.turpil.¶ †Ex causa ideo dictū fuit:qz ɔpositiones hmōi absqz cā rōnabili fieri nō possunt.l.aut facta.§.fi.z.l.capitaliū.§.solent.ff.de pen.c.sicut
8 dignū.de homic.†in his em̄ cōpositionibus plura sunt consideranda:z primo persone cōditio:vt si alias sit nobilis z honesta psona z in similibus excessib9 alias nō inciderit:vt cum eo admittatur cōpositio alias si esset turpis persona z criminosus vel assuet9 nō admittitur compositio sicut non admitteretur dispensatio:vt.d.c. fi.de trās.z.l.transigere.C.de eo. ti.z.l.fi.C.de abluitio.z.l.iij.in fi. C.de episcopa.audien.Itē qualitas facti ne sit de atrocioribus vt est crimē heresis lese maiestatis z similiū.item tēpus:loc9:intentio delinquētis:etas:qz facilius cuz minore q̄ cum maiore cōponitur.
9 ¶ †Itez sexus:qz mulieri facili9 ignoscit ppter sexus fragilitatē quā viro dūmodo non sit mulier maligna z rixosa z in similib9 assueta:qz nō erit digna principis largitate z legis benignitate.d.l.iij. in fi.C.de epis.audi.cuz em̄ iudex indigno veniā indulget ad plapsiōis contagiū prouocat vniuer-
10 sos †quia facilitas venie incentiuū tribuit delinquendi xxiij.q. iiij.est iniusta in fide.z in c.vt clericoruz.de vit.z hone.cle.l.j.C.de emēda.ppin.Spec.i tit.de aduo. §.ɔñr in fi.de qualitatibus enim predictis cōsiderādis habetur in l.respiciēdum.§.delinquunt.z.l. aut facta.§.j.z sequen.ff.de pen. et.l.capitalium.§.solent.eo.tit.c. sicut dignum.de homici.¶ Lite pendente ideo dicuntur ista verba:qz post latā sniam sero fieret ɔpositio q̄ fieri nō posset per iudicem q̄ semel functus fuit officio suo.l.iudex postq̄.z ibi Bar.ff.de re iudi.c.i lris.z ibi Abb.z Inno. de offi.delega.fieri tñ posset post latam sniam Principis auctoritate z decreto.l.j.in fi.ff.de q̄ñ.z
11 ibi Bar.z moder.tante q̄ plene confiet de crimine:ideo dictū est quia liquidato crimine ferēda est snia:z iuxta determinationē iuris pena erit certa statuenda siue declaranda in sentētia.l.ij.z.l.fi. ff de custo.reo.z.l.capitalium in princi.ff.de pen.l.j.§.j.ver.naz siquidē.ff.ad turpillia.nisi euidēs ratio z vrgēs causa aliud suaderet q̄ pena iuris pmutari vel alterari deberet quod iudex facere pōt.qz istō arbitriuz hz a lege:vt late supra diximus in ti.de legit. senten.execu.q vj.siue vltima.et habetur per Barto.z doc.in.d.l. aut facta.§.fi.z.l.quid ergo.§.pena grauior.ff.de his q̄ not.isam.

z alijs iurib⁹ ibi not. ex quo seqt̃ qđ postq̃ reus fuerit cõfessus cri men nõ poterit amplius fieri ista compositio: sed debebit ferri snia z certa pena declarari. Sequitur
12 in themate de soluendo fisco zc. † pecunia enim que soluitur p cõ positione regulariter debet per
13 solui fisco: † quia ista compositio succedit loco pene. l. senatus. §. si quis delatorẽ z. §. sequen. ff. de iu re fis. de iure tñ canonico in foro ecclesiastico alio modo applican tur iste pecunie cõpositionum: qz illaꝝ medietas applicat̃ ecclesie: altera vero medietas distribuit̃ inter paupes nisi eps eẽt pauper: qz tunc posset illã medietatem p suis indigentijs retinere. c. presbyteri. de pen. xvij. q. iiij. quid sub diaconum. alias eñ si iudex pecu nias ipsas pro se retineret vel im bursaret teneret̃ crimine peculatus z de barattaria cõmissa tene returq̃ illas integraliter parti re stituere cũ maximo eius dedecore et ignominia. l. j. ij. et. iij. ff. ad leg. iul. repetũ. z not. in. c. sciscitatus. de rescrip. dz etiã fisco appli cãda ad differẽtiã illi⁹ que appli cat̃ parti qñ fit priuata ꝯpositio q̃ fit per transactionem. d. l. trãsigere. C. eod. titu. Superest vltima particula declarãda ad effectum
14 abolẽdi pcessum z redimẽdi. zc † hec ṽba nõ absq̃ ministerio fue runt apposita fm Bart. in. l. is q̃ reus. ff. de publi. iud. z in. l. si re⁹ paratus. ff. de procur. nã ex istis verbis euitatur infamia que ori tur ex illo crimine qñ cõstaret de illo: z ferretur snia: vt lati⁹ infra dicetur in sequẽ. qõne. p̱terea si diceret̃ ad effectum euitandi pe nam non valeret ꝯpositio tãq̃ fa

cta in fraudẽ fisci. l. impatores. ff. de pollicita. z reus per illa verba censeretur virtualiter fateri deli ctũ z nõ posset infamiã euitare. l.
15 qm̃. ff. de his qui not. infami. † q̃ vero paciscitur cum parte vel il lam pecunia corrũpit ne accedat ad curiam ad illum accusanduz non euadit infamiã nec tollitur propterea effectus accusationis vel inquisitiõis: z nihil sibi pdest compositio quo ad curiam ac si nihil fecisset: z ita sepe faciunt iu dei rome: quia pecunia corrũpũt aduersariũ ne accedat ad curiaz z crimen iudici deferat: nihilominus postea p exploratores secre tos quos spionos vulgariter vo cant solẽt crimina post modũ de ferri z ꝯperta veritate acrius pu niũtur: z sic illaꝝ pecuniaꝝ expo sitio nihil sibi pdest. l. fi. ff. ad tur pil. l. fallaciter. z. l. fi. C. de abolit. vide Bart. in. d. l. is qui re⁹. p illa enim verba ad effectũ redimendi vexationes litis zc. nota q̃ p ista verba fit abolitio pcessus z litis
16 extinctio. † z perdendo vexatiões iudicij redimit quietem argu. l. fi. C. de feri. l. properãdũ. C. de iudi. z c. finem litibus. de dolo z contu. z nota etiã q̃ per compositionẽ hmõi fit abolitio pcessus: non tñ reus absoluitur vt innocens per diffinitiuã sniam. qz ad illam de ueniri non põt nisi plene cõstite rit de illius innocẽtia: vt supra di ctũ fuit in titulo de absolutio. in noc. in. ij. q. z not. in. l. j. §. fin. ff. de questio. z. l. custodias. z ibi Bart. ff. de publi. iudi. vide etiam dñm Pari. de put. in. d. suo trac. sindi ca. in. c. compositio. fo. 40. vbi la tius ceteris hanc compositionis materiam exponit.

¶ Summarium.

1 Compositio non fit indifferenter cū omnibus personis.

2 Remissio pene non est bis in idipsum facienda.

3 Cōpositio dr̄ grām in se ɔtinere.

4 Correctio et pena dr̄ quedā medicina addisciplinā reuocatoria.

5 Indulgentia indigno indulta dr̄ ad prolapsum prouocatoria.

6 Facilitas venie incētiuū tribuit delinquendi.

1 Secūdo quero † cū quibus psonis fieri possit compositio: rn̄d. q non debet cum omnibus indifferenter fieri: sed cū illis dūtaxat de quibus speratur qd amplius in eisdē criminibus non incidēt ꝛ qui erroris cōmissi facile se emēdabunt ꝛ cū illis quoq̧ qui semel tantum inciderūt in crimen nō autē cum illis qui delinquendi cōsuetudinem cōtraxerunt. l. iij. in fin. C. de epi. audien. vbi singulariter dicit
2 Imperator † remissionē venie crimina nisi semel cōmissa non habeant nec in eos liberalitatis auguste referatur humanitas q̄ impunitatē veteris admissi nō emēdationi potius q̄ ɔsuetudini deportauerint et lz text. ille loquat in casu quo delinquens ex mera principis liberalitate veniā cōsecutus fuit nihilominus doct. ad hanc cōpositionis speciē frequē-
3 ter accōmodant ꝛ merito. † q2 cōpositiones hmōi speciem quādā gratie in se continere dicunt per quas primo ɔseruatur fama illesa: ꝛ propꝛij criminis pena minuitur: vt in. c. fi. de trāsac. xvij. q. iiij. si diaconus. ꝛ in. c. ij. de pen. c. sicut dignū. de homici. ꝛ iō negari non pōt qd quandā gratie speciē in se nō cōtineat. vide text. no. l. j.
4 C. de emenda. ppin. † tibi quos ad ad vite decora domestice leuitatis exempla non reuocāt correctiōis saltem medicina cōpellat. ad idē est tex. iuncta glo. in. c. vt clericorū. de vit. ꝛ honest. cleri. ꝛ Spec. in tit. de aduo. §. ꝛ cōsequēter in fi. xxiij. q. iiij. est iniusta. in fine. dū
5 dr̄ † cum vni iudex indigne veniā indulget ad plapsionis cōtagiū
6 puocat vniuersos. † facilitas eīn venie incentiuū tribuit delinquēdi. ꝛ ppterea q̄ hmōi moribꝰ corrupti sunt ab ipsius cōpositiōis beneficio tāq̄ indigni merito repellēdi sunt per iura predicta.

¶ Summarium.

1 Compositio in quibus criminibus fieri possit.

2 Cōpositio non fit in criminibus atrocibus pꝛincipe incōsulto.

3 Iudex ex cā potest cōpositionē in criminalibus inducere.

4 Compositio facile fit vbi nō constat de culpa.

5 Cōpositio parte non vocata vel non contenta nulla est.

6 Iudex pōt in minoribus delictis q̄ncūq̧ ad cōpositionē deuenire.

1 Tertio quero † in quibꝰ casibus ꝛ super quibꝰ criminibus fieri possit hec compositio: et an liceat in omnibus generaliter componere? Respon. quidā dixerūt quod in illis casibus ꝛ criminibus in quibꝰ reus trāsigere pōt in eisdem quoq̧ ei componere licet. ita econtra vbi transactio denegat ibi etiā cōpositio nō pmittitur: q2 compositio ꝛ trāsactio idē sonant: vt est tex. in. l. ab accusatione. in prin. ff. ad

turpil.z.in c.fi.in prin.de trāſ.tu aūt dic aut loqmur de cōpoſitio ne priuata illa.ſ.q̄ fit cum parte offenſa et que concernit intereſſe priuatum:z iſta hʒ conformitatē z ſimilitudinē tranſactionis:z fatendū eſt q̄ fieri pōt in caſibus z criminib⁹ illis in q̄bus tranſigere licet per.d.l.ab accuſatione.z per ea que notātur in dicto.c.fi.

¶ Aut loqmur de cōpoſitiōe publica que fit cū fiſco vel curia:et q̄ cōcernit intereſſe publicū. Et iſta indiſtincte in omnib⁹ criminib⁹ fieri pōt et quo ſuccedit loco pene.d.c.fi.de trāſ.z.c.ij.de penis.xvij.q.iiij.ſi q̄s diaconū.not. Bal.z Doc.in.l.venia.ſup glo.fi.

2 C.de in ius.voc.†tu aūt clari⁹ diſtingue qd̄ aut nos ſum⁹ i atrociſſimis delictis vt eſt crimē leſe maieſtatis:z hereſis:rapt⁹ virginū z ſilū.z i iſtis iudex ꝯponere nō pōt niſi pn̄cipe ꝯſulto z de ei⁹ expſſo mādato.l.q̄ſq̄s.in princ.l. meminiſſe.C.ad leg.iul.maie.z.l. j.in princ.l.lege.xij.tabul.et.l.fi. ff.eo.ti.rō eſt:q: p iſtud crimen in perſonā ipſi⁹ principis vel ſui ſtatus trāquillitatē machinatur vt in.d.iurib⁹.et.l.maieſtatis.ff.eo. tit.z ideo in iſtis nō licet cōponere abſq̄ illius ſciētia z cōſenſu q̄ principaliter leſus reperitur:vt d.l.meminiſſe.z.d.l.j.ff.eo.tit.z.l. vnica.C.d raptu virg.§.pen.vbi eſt inhibita cōcordia patri puelle rapte cū ipſo raptore. Aut ſumus in alijs criminib⁹ atrocioribus iſtis exceptis vt ē crimē aſſaſſinij:falſe monete:veneni:ppinationis:homicidij:z ſimiliū:z tūc aut plene conſtat de crimine:aut nō cōſtat plene:ſed ad ſūt pſumptiōes vehemētes z idicia vigētia:prio caſu nō licet iudici ad cōpoſitionē ipſaʒ deuenire:ſed debet pſequi cauſaʒ vſq̄ ad finē et certā ferre ſniam penaſq̄ a iure ſtatutas imponere.l.cū reis.z.l.

3 ſancim⁹.C.de pen.z.l.fi.C.de cuſto.reo.qd̄ verū puto niſi. ¶ †Iudex ex iuſtis z rōnabilib⁹ cauſis ad aliud declarādū moueret:q: ſi aliq̄ iuſta cā vt eſt minoris etas ignorātia:error:caſus fortuitus: aut iuſt⁹ dolor vel alia ſimilis cā animū iudicātis moueret ad mitigādū penas z iuris ſtatuti rigorē tūc ad cōpoſitionē iſtā deueniri poſſet q̄ppe cū penas certas a lege ſtatutas ex q̄litatib⁹ z rōnibus z cauſis ſupradictis minuere alleuiare vel in alterā ipēm cōmutare pōt etiā ſi ferat ſentētia: z hoc arbitriū ipſe iudex hʒ a lege vt.ſ.lati⁹.dixim⁹ in ti.de executio.ſent.q.vj.vt.l.reſpiciēdū.§. delinquunt.z.l.aut facta.§.fi.l.ſi q̄s aliqd.§.inſtrumēta.z.l.abſentē.§.fi.ff.de pen.l.qd ergo.§.pena grauior.ff.de his q̄ not.infa. l.ab accuſatione.in princ.ff.ad ſenat.cōſul.turpil.vide tex.valde not.in.c.fi.de trāſ.z Specul.i tit. de pparat.iudicio.§.j.ver.circa iudicē.z ver.ceteruʒ.z habet.xc. diſt.ſtudendū.z.v.q.ij.ſi pmates.

4 z ibi.d.Arch.xvij.q.iij.ſubdiaconū.vbi de multiplici ꝯpoſitiōe penaꝝ habetur mentio.z p canoniſtas in.d.c.fi.de trāſac.z in.c.ij. de pen.z ib Abb.ſecūdo vero caſu quando nō plene cōſtat de culpa rei z tunc nulli dubium eſt qd̄ fieri pōt cōpoſitio p iudicē cōcordata tn̄ parte leſa.z ita itelligat text.in.d.c.fi.de trāſac.z i.d.c.ij. de pen.z.v.q.ij.ſi primates.et.xc. diſtinc.ſtudēdū.xvij.q.v.circūce

liones .2.xxij.q.iiij.innocẽs. et al's si fieret cõpositio pte nõ ꝯcordata posset reclamare i iudicio ꝛ ꝓseq iudiciũ ꝯ ipz reũ ꝓ suo interesse.ita not.tenuit Salic.in.l.si ꝓ fure.ff.de ꝯdi.fur.ꝛ ẽ gl.not.ꝛ ibi Bal.ꝛ in.l.venia.in gl.fi.C.de in ius vocã.dũ tamẽ compositio ipsa fiat aliqua rõnabili causa ꝛ cũ persona honesta que istud beneficiũ mercatur consideratis etiaz criminũ qualitatibus ꝛ facti circũstãtijs ꝛ his similib⁹:vt in.d.c.fi.in fi.de trãsac.ꝛ habetur in.c.significasti.de homicid.ꝛ ꝑ Bar.in.d.l.respiciendũ.§.delinquũt.ꝛ l.aut facta.ꝛ.l.si quis aliquid.§.instrumenta.ff.de pen.et Bar.in l.iij.§.diuus.ꝛ in.l.si in rixa.ff.ad leg.cor.de sicar.ꝛ.l.qd ergo.§.pena grauior.ff.de his q̃ not.ifam.

†Aut sumus in minoribus delictis in quibus iudex hʒ mai⁹ arbitrium:ꝛ nõ est dubiuz qꝺ iudex põt in illis qñcunq; deuenire ad compositionẽ parte maxime concordata vt dñt cano.in.d.c.fi.de transac.ꝛ in.d.c.ij.de pen.et Archi.in.d.cano.studẽdũ.ꝛc.distin.ꝛ.v.q.ij.si primates.ꝛ per Specul.in ti.de offi.om.iud.§.deseruit.ver.ꝛ generaliter.et idem Specul.in tit.de ꝓparat.iudi.§.j.ver.circa iudicem.ꝛ idem etiam in titu.de treug.ꝛ pac.per totũ.vbi pleni⁹:vide quib⁹ sic supra conclusis nõ ob.tex.in.c.j.ꝛ.ij.de collu.deteg. vbi not.ꝙ licet partes ipse.s.re⁹ ꝛ accusator iter se composuerint ꝛ cõcordauerint adeo quod crimen intentatũ nõ prosequerẽtur vlterius nihilominus iudex nonꝫ debebit desistere quin ad vlteriora procedat vsq; ad finem:q: ibi fuit facta collusio fraudulẽta inter partes ipsas interueniẽte pecunia et ad effectum fraudandi iudicium siue fiscũ ꝛ ꝓpterea nõ toleratur quin ea non obstante ad vlteriora in crimine ꝓcedatur:et hoc videt innuere tex.ibi i fine in ver.nõ ex charitate.ꝛ meli⁹ glos.i.d.ver.hoc declarat:qꝺ facta bono ꝫelo tolerari potest.per text.in dicto.c.fina.de transac.ꝛ.v.q.ij.si primatus.ꝛ.xc.distinc.studenduꝫ.vide Abb.ꝛ Jo.de imol.in.d.c.j.ꝛ.ij.de collu.deteg.ꝛ in.d.c.fi.de trans.ꝛ Specul.in.d.ti.de offi.om.iud.d.§.deseruit.§.ꝛ generaliter.ꝛ ꝑ do.Feli.i rubr.de treug.ꝛ pac.ꝛ.per Jo.and.in addit.ad Specul.in tit.de ꝓpara.iudi.§.j.ver.sed quid si est iaꝫ in causa cõclusum ꝛc.vbi allegat multas cõcordantias ꝛ doctrinas doc.ad hoc vide Bar.in.l.congruit.ff.de offi.presid.in fi.ꝛ Bal.in.d.l.trãsigere.C.de transac.ꝛ ideꝫ Bald.in.l.venia.in fi.C.de ius vocan.ꝛ Ang.in aucten.vt litig.iurent.§.fin. Bal.in.l.extimauerunt.ff.si cer.pet.et in.l.ex stipulatione.C.de sent.ꝛ iterlo.om.iud.ꝛ videas etiam licet confuse loquatur in hac materia dñm Pari.de put.i suo trac.sind.in.c.cõpositio fol.4[illegible].ꝛ Bar.in.l.is [illegible]ui reus.ff.de pub.iudi.ꝛ Panor.et canonistas in.d.c.fina.de transac.et.c.ij.de pen.cum similibus.

¶Summarium.

☞Reus componens cum curia vel fisco cum cõsensu partis an dicatur fateri delictum.
Cõpositio qualr̃ sit tute faciẽda.
Compositio priuata potest sola parte contenta fieri:et an talem procurans compositionem dicatur fateri delictum.

1 Quarto quero tan per compositionez factã cuz curia vel fisco interueniente consensu partis ipse reus censeatur fateri delictum:ita quod incurrat infamiã saltim facti. Respond. aut cõpositio ipsa fit mere cũ Preside vel iudice pro publico interesse & fm illã formam traditam.§.q.j.s.ad effectum euitãdi incõmoda litis & redimẽdi vexationes iudicij & nullã incurrit infamiã isto casu nec iuris nec facti.qz per illa verba nunq̃ videt fateri delictum secundũ qđ dicit Bar.in.l.infamẽ.ff.de pub.iudi.& in.l.iusiurandũ & ad pecunias.§.ait pror.ff.de iur.iu.vide etiam Bart.in.l.si reus paratus.ff.de procura.vbi tradit istam cautelã quando fit ista oblatio per compositionem cum curia:vide Bal.in.d.l.si reus parat⁹:& in.l.si seruum.§.nũc videam⁹.ff.de verb.obli.& Bar.in.l.quoniã intelligit ff.de his q̃ not.infam. ¶ Aut cõpositio ista fit ad effectum euitãdi penaz criminis & hoc exprimitur in cõpositione & isto casu nulli dubium est quod Reus per ista verba censet fateri delictũ:quia videtur timere penã sibi inferri quã nemo timere debet nisi ille qui est peccator & i culpa vt not.in.l.j.in princ.ff.de iusti.& iu.& p cõsequens isto casu euitare non poterit aliquam infamie notam saltim facti per quã grauat eius opinio apud graues et honestos viros.vide Bar.in.d.l.infamẽ.et d.l.quoniã.

2 ¶ †Et ideo sit bene cautus Aduocatus vel Procurator qui hz clientulũ suum incarceratuz vel sub fideiussore ob nozrium qui cupit per cõpositionez istam a curia & illius molestijs liberari vt bene forment dictam cõpositionẽ & aduertant diligenter ad rationem siue causam cõpositionis que exprimitur vt nullez faciãt mẽtionẽ de pena neq; de crimine saltim dispositiue:sed solũ assertiue & sub gñalib⁹ vbis dicendo qz Ticius repitur incarceratus siue inquisit⁹ & sub fideiussore detentus pro tali asserto crimine.s.furti:homicidij:vulneris insultus & similium:vt dicit perpetrati in personam vel in bonis Sempronij vt dicunt q tamẽ esse verum per dictum ticium expresse negatur nihilomin⁹:qz dictus ticius est pro suis negocijs grauiter occupat⁹ vel est de proximo recessur⁹ ad longinquas partes ibi diu moraturus vel est debilis infirmus pauper:aut aliaz similẽ iustã causam exprimere idcirco cupiẽs reb⁹ suis quiete vacare et ab hmõi molestijs criminalis curie:& actis iudicialib⁹ liberari ad infrascriptam compositionẽ deuenit cũ Magnifico et excellentiss.viro Do.N. preside Pretore vel iudice vt solueret cẽtum fisco & liberetur ab omni inq̃sitione & processu p̄sentis cause vide Bart.in.d.l.si reus parat⁹ &.d.l.infamem.&.l.qm̃.& Specu.in tit.de offic.om.iud.§.vj.ver.et generaliter.& in tit.de p̄parat.iudicio.ver.circa iudicem & in titu.de teste.§.xj.versi.fin.vbi dicit q iudex si viderit expedire ɔcordiã poterit q̃nq; partes terrere vt deueniat ad cõpositionẽ.vide tex.in.c.fi.de trãsac.& in.c.ij.de pen.&.xvij.q.iiij.qui sub diaconum.

3 ¶ †Aut nos loquimur de cõpo-

sitione priuata que fit solū cum
parte, paciscendo cū illa: ꝛ si com 2
positio ista fiat super crimine fa-
moso ꝛ reus incurrit infamiā: qꝛ
per hoc videtur fateri delictū: et 3
iste est casus in. d. l. quoniā. ff. de
his qui not. infa. et. l. athletas. §.
fi. eo. tit. ꝛ ibi Bart. hoc tamen li-
mitandū puto qn̄ ista concordia
fieret priuatim ꝛ extra iudicium
ignorante iudice et curia: sed si
fieret in iudicio mediante iudice
postq̄ precesserat prior cōpositio
cū curia ꝛ fieret ad effectū eximē
di reū ab ipsis vexationib⁹ ꝛ mo
lestijs iudicialib⁹ non crederē qꝺ
isto casu reus incideret in aliquā
infamiā p ea q. s. diximus in pre-
cedēti mēbro. vide Bart. in. d. l. si
reus paratus. ꝛ in. d. l. infamē.

¶ Summarium.

☞ Cōpositio facta cū fisco vel 1
curia cum cōsensu partis offense
an sit valida.
Pars nō ꝯsentiēs cōpositioni nō 2
impeditur iudiciū prosequi.
Cōpositio p curiā aut fiscum pti 1
bus absentib⁹ facta an sit valida.

Quinto q̄ro † an valeat
cōpositio facta cum fi
sco vel curia sine ꝯsen
su partis offense: Rn̄.
aut nos loq̄mur de i-
teresse fisci quo ad penam crimi-
nis: ꝛ isto respectu vꝫ ꝯpositio: qꝛ
semel cū fisco cōcordatū fuit ꝛ sa-
tisfactū: ꝛ ideo nō poterit isto re-
spectu amplius molestari. arg. l.
trāsigere. C. de trāsac. ꝛ. l. iiij. §. ait
pretor. ff. de re iud. ea maxime rō-
ne: qꝛ cōpositio ipsa et pecunie q̄
soluuntur fisco mediante cōposi-
tione succedunt loco pene: vt. l. si
donate. §. j. ff. de dona. inter vir. ꝛ
vxo. ꝛ dicemus infra. q. sequē. aut
loquimur respectu partis et sui
interesse † ꝛ ex quo pars huic non
cōsensit nō p̄iudicat sibi quo ad
suū interesse: ꝛ poterit prosecq̄ iu-
dicium cōtra ipsum † sicut econ-
tra quādo compositio fit cū par-
te extraiudicialiter absente iudi
ce per quam non preiudicatur fi-
sco. l. quoniā. ff. de his qui not. in-
fa. ꝛ no. in. l. trāsigere. C. de trans-
ac. ꝛ ibi Bar. eodem modo nō dꝫ
p̄iudicare parti qn̄ fuit facta cū
sola curia arg. l. fallaciter. ꝛ. l. seq.
C. de abolitio. ꝛ iō isto casu pars
poterit ꝓsequi iudicium ratione
sui interesse: sed reus tutus erit
quo ad penam per ea que. s. dixi-
mus. si vō facta fuerit cū vtroq̄ꝫ
scꝫ fisco ꝛ parte ꝛ tunc tutus erit
in omnibus: vt. l. j. C. de abolit.

¶ Summarium.

☞ Cōpositiōe semel l curia fa-
cta an poterit iudex nouis indi-
cijs supueniētib⁹ iq̄sitiōes facere
Compositio cum fisco loco pene
succedit.

Sexto q̄ro † posiq̄ re⁹ fe
cit cōpositionē cū cu-
ria an iudex poterit
postea si forsan supue
nerint noua idicia su
per eodē crimine ꝯ ipm inq̄rere.
Rn̄d. in hoc casu repetenda est di
stinctio quā supra in proxima. q.
posui qꝺ aut pars ꝛ fiscus simul
cōcordati fuerūt: ꝛ nō poterit am
pli⁹ nec curia nec priuat⁹ sup di-
cto crimine ꝓcedere. d. l. j. ꝛ. l. fal-
laciter. C. de abolit. et per Bal. in
d. l. transigere. qꝛ compositio ꝛ il-
li⁹ solutio facta fisco succedit lo-
co pene. l. si donate. §. j. ff. de don.
inter vi. ꝛ vxor. idē tenet do. Par.
de put. i trac. sindic. in. c. an facta
compositione, fo. xlj. in. ij. col. au.

alter istorum dubitaret fuit concordatus z ille qui fuit extra concordiã nõ impeditur quo minus iudiciũ prosequatur saltum pro suo interesse: vt. s. proxime dictum est arg. d. l. fallaciter. in pnc. ¶ Sed cõtra predicta oppono de. l. sicut. §. hisdem ff de accu. z. l. fallaciter. C. de abol. vbi semel abolita accusatione vel inquisitione si postea noua superuenerint indicia nõ impeditur iudex quo minus possit de nouo cõtra dictum reũ compositum procedere: z ita glo. no. in. l. si quis adulteri. in fi. C. de adul. vbi ille qui semel
1 absolutus fuit ab inquisitione et processu siue ab obseruatione iudi
2 cij nõ est tutus quo minus si post ea superuenerint noua indicia cu
3 ria nõ possit iterũ cõtra ipm procedere de quo late diximus. s. in tit. de abso. innoc. q. ad solutura illa
4 procedunt qñ est facta abolitio cri
5 minis gratuita: vel qñ reus purgauit indicia p torturã: et sic qñ fiscus nihil cõsecutus fuit pro pena
6 vel loco pene: nos aũt loquimur in casu in quo facta fuit cõposi
7 tio z soluta pecunia fisco que lo
8 co pene succedit: vt. d. l. si dona te. §. fi. ff. de dona. inter vir. z vxo. z. l. senatus. §. si quis delatorẽ. z §.
9 seq. ff. de iur. fis. z hoc quo ad interesse publicum: z fisci quo autẽ
10 ad interesse priuatũ nõ putarem istũ etiã esse tutũ qui cõposuit nisi quatenus cũ parte cõcordauerit
11 de eo qd sua interest z quatenus concernit interesse priuatũ: vt. s. proxime diximus. vide Bar. in. d. l. sicut. §. hisdẽ. ¶ Itẽ oppo. de. l. j. z l. fallaciter. C. de abol. vbi distinguitur aut abolitio processus fuit im
13 petrata a preside vel pretore aut a principe. primo casu non tollitur quo minus iterum possit ex principis rescripto super eodẽ crimine procedi: secundo aũt casu qñ a principe obtinuit abolitionẽ erit tutus perpetuo. sol. ibi loquitur in simplici abolitiõe gratuita q gratis fuit obtẽta: hic vero in cõpositiõe q fit ex causa onerosa: z ideo non est bona consequentia de vno ad aliũ ex quo sunt diuersa. l. fi. C. de codicil. et. l. j. C. de impo. lucrat. descrip. lib. xij.

¶ De fideiussoribus reorum.

¶ Summarium.

Fideiussio qñ sit in actibus iudiciarijs necessaria.

Reus pro quibus criminibus possit fideiussoribus relaxari.

Iudex nolens reũ fideiussoribus idoneis relaxare põt corã sindicatu conueniri actiõe iniuriarũ.

Fideiussor rei debet esse idoneus.

Mulier honesta fideiussorez hñs non debet in leuioribus causis detineri: secus in mulieribus inhonestis.

Reus corporaliter puniendus non debet fideiussoribus relaxari.

Fideiussor nõ põt se ad penã corporalẽ pro reo exponere.

Pene corporalis inflictio multarũ circũstãtiarũ exigit cõsiderationẽ.

Fideiussor an pro reo arbitrarie puniẽdo sit admittendus.

Reus in defectum pecunie pene corporali adiudicandus an poterit fideiussoribus relaxari.

Pena arbitraria tria presupponit consideranda.

